

dralis non poterit deservire: Quæritur est, An idem Joannes Baptista obtineas v gure dicte dispensationis tam Parochialem, quam Canonicatum, cujus fructus omnes quotidianis distributionibus constant, illis horis, quibus prædicitur Parochialis servitio chori nequeverit interelle, percipere debeat distributiones quotidianas, vel aliquam earum partem.

Juxta usitatum hujus dispensationis tenorem obtineas tam Parochialem, quam Canonicatum, illis horis, quibus ob servitium Parochialis non potest interelle choro Ecclesie, in qua est Canonicatus, percipit fructus præbende, sed amittit distributiones quotidianas, ut in Constitutione Pii 27. superius relata num. 25. Ratio autem percipiendi fructuum ea est, quia dispensatus ad duo incompatibilia, & est dispensatus etiam super residentiam alterius, & ex consequenti etiam ad percipiendos fructus, ut de primo tradit gloss. 2. in c. Si quis in Clero, quæst. 1. quam hic sequuntur Cardinal. n. 6. Anciar. & Abb. ambo n. 3. Idem notat Specul. in tit. de dispens. 8. Dicendum vers. Quod si habent, H. n. b. & Jo. Andr. in c. Dudum, l. 2. de elect. Et de 2. tradit Archid. in c. De quibusdam, 37. dist. Feder. de Sen. conf. 246. de iure communi, Lap. Gemm. & alii in c. 2. de privileg. in 6. Et in sum naturaliter dispensatus vsuati privi legatus quoad residentiam debet haberi pro residente quoad percipiendos fructus, sed non pro interessente ad percipiendas distributiones quotidianas, ut docent Gemm. & Franc. in c. unico §. Statimus super gloss. in ver. Asseruit de Cler. non resident. in 6. Cum igitur in casu hujusmodi dispensationis Jo. Baptista, dum Parochialis inservit, & non potest Canonicatu deservire, sit habendus pro residente quoad fructus, sed non pro interessente quoad distributiones, quæritur nunc in dubio, cum omnes redditus Canonicatus sint distributiones quotidianæ, nec alii fructus ex Canonicatu percipiuntur, an dispensatus dum Parochialis servitio occupatur, debeat earum horarum distributiones percipere. Et certe sive spectemus ius commune Sacrorum Canonum sive Sacre Congregationis morem, declinationeque in casibus huic assensibus læpius edicis, videtur respondendum debere hunc dispensatum prædicto tempore hujusmodi distributiones percipere: nam ex recepta conclusionem quoties fructus omnes Canonicatus constant distributionibus tantum; qui Rectorum vel alia de causa habentur pro residentibus, sed non pro interessentibus; & ideo alias percipere deberent in absentia fructus præbende amissis distributionibus, eo casu iurisdictione distributiones ipsas perinde ac si divinis interessent, textus est notabilis, in c. Osim, infra. de verb. signif. secundum Intellectum Hostiensis verum, & communiter approbatum, ut ibi dixi in 5. notab. Et est sententia gloss. in c. Licet, de præben. in ver. Distributiones, quam ibi Butr. Imol. & ceteri omnes sequuntur. Gugliel. de Monte Laud. & alii, quos refert, & sequitur Rebuff. in tract. de privileg. Scholar. privileg. 31. n. 12. Horat. Lut. Callien. eod. tract. de privileg. Scholar. privileg. 100. in prima limitat.

Hujus autem determinationis duæ sunt rationes. Altera est, quæ reddit gloss. in d. c. Licet, quia nisi privilegiati ad fructus percipiendos perciperent distributiones, cum ex Canonicatu nulli alii redditus percipiuntur, privilegium eis nihil prodesset, contra textum in c. In his de privileg. Altera est

ratio magis ex juris Canonici propriis terminis desumpta, quia ubi omnes redditus Canonicatus constant distributionibus, si tunc tales distributiones non haberent rationem præbende, esset dare Canoniam sine præbenda, quod juxta sacros Canones absurdum esset. Hanc rationem assignat gloss. in Cam. de Cler. non resident. in 6. in ver. Receperit, dicens, hunc esse verum intellectum, d. cap. Olim, de verb. signif. Cum igitur hic dispensatus percipere debet fructus, & amittere distributiones ubi illæ essent ad fructus distinctæ, percipiet hoc casu loco fructuum distributiones ipsas, quæ totæ ex Canonicatu colliguntur, quamvis non intervat Choro illis horis, quibus vacat servitio Parochialis. Et ita in simili sæpius respondit Sacra Congregatio, quæ tam scholaribus in publicâ tuve sitate, vel Theologia, vel juri Canonico operam dantibus, quam Canonicis Episcopo inferioribus prælati jubet distributiones quotidianas, cum præter eas nihil percipitur ex Canonicatu, quamvis ubi præbendæ sunt distinctæ à distributionibus supra dictis, non cedat solos fructus præbendam, amittit distributionibus. Imò in cautia Camerinen. respondit abentes studiorum causa, qui percipere debent distributiones quotidianas, in quibus omnes redditus Canonicatus consistunt, debere etiam easdem distributiones percipere, cum fructus præbende sunt adeo tenues, ut pauca trium, vel quatuor ducatorum, ut perinde haberi debeant ac si nulli essent fructus. Et nonnunquam ad hunc effectum arbitrata est fructus præbende censeri tenues, ita ut illorum ratio habenda non sit, cum ad quartam distributionum partem non ascendunt. Semper tamen has decisiones ita temperavit, ut tales privilegiati cum percipiunt distributiones, eò quod in illis universi fructus Canonicatus constant, amittant tamen earum tertiam partem, Idque post Concilium optima ratione: nam cum decretum, cap. 3. sess. 21. mandaverit ubi nullæ sint distributiones, vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur, præbendam tertiam partem separari, & in distributiones quotidianas converti, non debent hi privilegiati volentes acquirere distributiones, eò quod in eis solis constant universi redditus Capituli, esse hoc casu melioris conditionis, quam si omnes essent fructus præbende absque distributionibus. Sed si essent omnes fructus præbende, tertia pars in distributionibus convertenda esset, ac proinde ab eis amitteretur. Ergo idem juris esse debet cum omnes sunt distributiones, ne sequatur inconveniens, ut facilis acquirantur distributiones, quam fructus præbende, ut plenius notavi in c. De cetero, §. n. 29. usq. in finem supra cit. prox. & in c. Licet, n. 124. & seq. infra eod. Possit itaque etiam hoc casu solutio ita temperari, ut dispensatus hujusmodi dicto tempore amittat tertiam partem quotidianarum distributionum, quæ reliquis inferiencibus accretat.

DE PRÆBENDIS. Cap. Referente. S V M M A R I V M. 1. Ecclesias plures habens alteram eligere, & alteram dimittere compellitur. 2. Metropolitani, & Archiepiscopi an, & in quo differant. 3. Consuetudo appellandi ab Ordinario inferiori ad Metropolitanum omisso medio valida est. 4. Appellatio omisso medio valet parte non excipiente. 5. Beneficia duo incompatibilia obtinens absque dispensatione, an, & quando cogi possit unum eligere, & alterum dimittere, & n. seq. usq. ad n. 9. 6. Tempora quinque considerari debent ad discernendum an pluralis in beneficiis habeat optionem, an vero privetur primo, vel secundo, vel utroque, & n. seqq. 7. Ordo scriptura in Decretalibus non attenditur quoad hoc, ut illa censetur prius edita, quæ in precedenti titulo reperitur collectata. 8. Optio eligendi unum beneficium, & alterum dimittendi habet sublatam est à Concilio Tridentino in quibusvisque beneficiis. Fallit, num. 10. 9. Beneficia duo incompatibilia si alieni ab Episcopo conferantur eodem instanti, an alterum ipsorum, vel utrumque dicatur vacare; an vero liceat unum eligere, & alterum dimittere. 10. Et quid post Concilium Tridentinum.

DE PRÆBENDIS.

Cap. Referente.

S V M M A R I V M.

1. Ecclesias plures habens alteram eligere, & alteram dimittere compellitur. 2. Metropolitani, & Archiepiscopi an, & in quo differant. 3. Consuetudo appellandi ab Ordinario inferiori ad Metropolitanum omisso medio valida est. 4. Appellatio omisso medio valet parte non excipiente. 5. Beneficia duo incompatibilia obtinens absque dispensatione, an, & quando cogi possit unum eligere, & alterum dimittere, & n. seq. usq. ad n. 9. 6. Tempora quinque considerari debent ad discernendum an pluralis in beneficiis habeat optionem, an vero privetur primo, vel secundo, vel utroque, & n. seqq. 7. Ordo scriptura in Decretalibus non attenditur quoad hoc, ut illa censetur prius edita, quæ in precedenti titulo reperitur collectata. 8. Optio eligendi unum beneficium, & alterum dimittendi habet sublatam est à Concilio Tridentino in quibusvisque beneficiis. Fallit, num. 10. 9. Beneficia duo incompatibilia si alieni ab Episcopo conferantur eodem instanti, an alterum ipsorum, vel utrumque dicatur vacare; an vero liceat unum eligere, & alterum dimittere. 10. Et quid post Concilium Tridentinum.

REFERENTE. Habens plures Ecclesias alteram eligere, & alteram dimittere compellitur. Hoc dicit. Et sunt duæ partes. Prima impetrantis conquefitio. Secunda ipsius absolutio, & causæ committio, ibi, Nos autem. 2. Nota primò Metropolitanum, & Archiepiscopum esse synonyma, seu idem importantia, cum textus dicat, ad Metropolitanum, id est, Rhemensem Archiepiscopum. Sed Archidiaconus, in c. Presentium, n. 1. de offi. Ordinarij, lib. 6. dicit inter Metropolitanum, & Archiepiscopum differentiam esse, nam Archiepiscopus est major, allegat c. Clericos, 21. dist. ubi Archiepiscopus dicitur præferere tam Metropolitanis, quam ceteris Episcopis, & in Authen. de privileg. Archiepiscop. collat. 9. in princip. ibi: Non solum Metropolitanus, sed etiam Archiepiscopus fiat, & habeat illa Rubrica post titulum de sanctiss. Episcop. quæ non legitur, nec glossatur, secundum Jo. Andr. in d. c. Presentium, num. 5. Verum Cardinalis post Gulielm. de Monte Laudun, in Clem. 2. num. 27. de privileg. affirmat Metropolitanum, & Archiepiscopum idem esse, sed Metropolitanum trahere nomen à metros, quod est mensura, & polis, quod est civitas, & sic trahere nomen ab Ecclesiis, & earum numero. Archiepiscopum vero à perlonis, ab archibus, quod est Princeps Episcoporum, ut in d. c. Clericos, & 80. dist. per totam. 3. Secundo nota argumentum, quod ab Ordinario inferiori videtur posse appellari ad Metropolitanum omisso medio, sicut iste Presbyter appellavit ad Archiepiscopum Rhemensem, posthabito Episcopo, & appellatio fuit valida, cum illius vi-

gore ab eodem Archiepiscopo obtinuerit restitui ad Ecclesiam qua fuerat spoliatus. Sed hoc intelligit Host. in ver. Metropolitanum, & alii post eum, quia Rhemenis Episcopus habet ex consuetudine, ut ad eum omisso medio appellandum interponatur, alioquin gradatim appellandum fuisset, c. Metropolitanum, 2. quæst. Et sic collige validam esse consuetudinem appellandi ad Archiepiscopum omisso medio, ut sentit gloss. 2. hic & probatur in c. Romana §. 1. de appellat. lib. 6.

Ceterum advertite, quia etiam Rhemenis Ecclesia talibus utatur consuetudinibus, prout se scire attestat hic Hostien. in ver. Metropolitanum, vers. Scimus; tamen quod spectat ad situm ceterum hic intellectus divinat. Unde secundum Abbarem, n. 4. dici potest hic non fuisse propositam exceptionem quod gradatim esset appellandum. Et ita habes hic casum, quòd valet appellatio omisso medio, parte non excipiente. Quod latius profectum idem Abbas in cap. Dilecti, l. 3. supra de Appellat. post gloss. unicam, ibi, vers. Dicis quod gradatim, Calder. conf. 1. in tit. de appellat. quamvis contraarium sentiat Archid. in c. Si delegatum, de offi. delegat. lib. 6. tamen prima opinio communiter tenetur, ut attestat Præpositus in d. c. Dilecti, n. 9. ubi etiam allegat Rotam decis. 287. quæ incipit, Item si tres.

Ultimò nota, textum valde notabilem, quod habens duas Ecclesias non potest utraque vel earum altera præcise privati, sed habet optionem dimittendi unam, & retinendi alteram, quam maluerit. Sed quia obstat Decretalis de multa, infra eodem, & Doctores he involunt circa solutionem contrarii: ideo tu dic. plenius, ut in questione sequenti.

QUERO an, & quando obtinens absque dispensatione duo beneficia incompatibilia, teneatur unum eligere, & alterum dimittere. Pro solutione distinguenda sunt quinque tempora. Primum tempus fuit ante Concilium Lateranense sub Alexandro III. de quo in c. Quia nonnulli, supra de Cler. non resident. & tunc non privabatur primo, nec secundo, sed optionem habebat alterutrum retinendi. Et secundum hoc tempus procedit hæc Decretalis, & c. Præterea, infra eod. Quamquam enim ordine compilationis sint posita post d. c. Quia nonnulli, & omnium auctor fuerit idem Alexander III. ut patet ex illorum suprafractione: tamen in editione præcellerunt d. c. Quia nonnulli, ut ibi adnotavit Alex. de Nervo in ult. notab. & communiter Doctores, ut hic testatur Abb. n. 3. Et hinc collige ut non sit attendendus ordo scripturae, videlicet ut illa Decretalis censetur primò edita, quæ in precedenti titulo reperitur collocata, ut per Alex. de Nervo loc. citat. Secundum tempus fuit Concilium Lateranense in præcitorio c. Quia nonnulli, secundum quod prima Dignitas, vel primum Beneficium Curatum non vacabat ipso jure per receptionem alterius similis, sed recipiens secundum erat illo privandus, ut per Cardin. conf. 3. num. 4. Abb. in d. c. Quia nonnulli, num. 4. & Alex. de Nervo in ult. notab. vel erat ipso jure privatus secundo, ut ibi dixi in 4. notab. post Butr. Anchar. & Imol. quia intellexerunt verbum amittat, ibi positum, scilicet ipso jure. Tertium fuit tempus Concilii Generalis sub Innocentio III. de quo in Decretali de multa, infra eod. qua statutum fuit, ut obtinens Beneficium Curatum, si secundum

dum tale assequatur, perdat primum ipso jure. Quod fuit tempus Extravag. *Execrabilis*, Joan. XXII. de *præben. in 3. Qui vero deinceps*, ubi statuitur & recipiens secundum Curatum, vel secundam dignitatem, nisi statim adcepta pacifica illius possessione verbo, & factio in manibus Ordinarii sub testimonio publico dimittat primum, privatus sit utroque & inhabilis ad S. Ordines, & ad beneficia Ecclesiastica obtinenda & beneficium, quod fuit ultimo collatum, non possit conferri per alium, quam per Papam. Et ita hæc quatuor tempora distinguunt Cardinalis d. *conf. 3. n. 4.* Abb. & Alex. de Nævo in d. c. *Quia nonnulli*, uterque in *ut. not. Cardinal. & Imol. hic.* Callador. *deci. 1. an. tit. de Constitut. Gaminat. in tractat. de offi. Legat. lib. 5. Rubr. An Legatus possit plura beneficia uni conferre*, num. 67. & Alphons. Hoida in *tract. de sum. part. bit. beneficior. part. 1. c. 7. n. 7.* Quibus temporibus in pectus, optio, de qua in hoc text. non erat funditus sublata, quandoquidem cap. *Quia nonnulli*, & Constitutio *Execrabilis*, locum non habent nisi in obtinendis plures dignitates, vel plura beneficia curata. Et similiter Decretalis *De multa*, inducens vacationem primi per allocationem secundi, non habet locum nisi utrumque beneficium sit curatum, ut ibi diximus *not. post Anchar. num. 10. & Abb. in 3. not.* Unde ibi obtinens dignitatem recipiebat beneficium curatum: aut vice versa obtinens curatum recipiebat dignitatem, vel aliud beneficium non curatum personalem residentiam requirens, non erat privandus secundo, ex d. cap. *Quia nonnulli*: nec erat ipso jure privatus primo ex Decretali *De multa*, nec erat privatus utroque ex Constitutione *Execrabilis*. Sed optionem habebat dimittendi unum, & retinendi alterum ex hoc cap. & c. *Præterea*, *infra eod. ut hic per Abb. n. 3.* Alioquin si hæc jura fuissent funditus sublata per subsequentia, si irritatorium fuisset illa inserere in hac compilatione contra ea, quæ dicuntur supra in proximo. Quamobrem hujus juri antiquo standum erat, nisi in quantum ab eo reperiretur recessum per jura posteriora. *Præcipuus in fin. c. de appellat. gloss. in c. Constitutionem in ver. Prorogamus, de Regular. lib. 6. expedit enim jura juribus concordare, cap. Cum expediat, de elect. eod. lib.* Sed postea supervenit quintum tempus Concilii Tridentini, quod in c. 4. *sess. 7.* ampliavit penam c. *De multa*, ad obtinentes plura beneficia ex quovis capite incompatibilia, & in c. 17. *sess. 24.* voluit incompatibilia esse duo beneficia simplicia, quando primum est sufficiens ad honestam Clerici sustentationem, vel quando utrumque personalem residentiam requirit. Quapropter hodie non habet amplius locum optio, de qua in hoc cap. Quia aut beneficia sunt compatibilia, puta quia primum est insufficientis, & optio non intrat, quia ex Concilio potest retineri utrumque. Aut sunt incompatibilia vel ratione sufficientiæ, vel ratione residentie, vel aliâ quomodocumque, & similiter non intrat optio, sed per allocationem pacificam secundi vacat primum ipso jure, & per retentionem cum primo, vacat utrumque ex d. c. 4. *Extra c. De multa, & Constitutio Execrabilis*, hodie locum habent in omnibus beneficiis qualitercumque incompatibilibus, prout hæc omnia plenius explicavi in d. c. *De multa, a. n. 3.* & plenius in c. *Cum jam dudum, præferim in 2. q. inf. eod.*

2. QUÆRO, Quid si Episcopus uno, & eodem

momento, ac verbo conferat alicui duas dignitates, vel duas Ecclesias Parochiales, nec constare possit ejus possessionem prius sit factus, an altera ipsarum, vel utraque dicatur vacare; an verò sit locus optioni, de qua in hoc cap. & in c. *Præterea, infra eod.*

Hostenius format hanc questionem in c. *Quia nonnulli, n. 6. supr. de Cler. non resid.* Et primò dicit responderi posse, non deficit jus, sed probatio, ut l. *Duo sunt ff. de testament. tutel. deinde dicit se non teneri respondere, quia quæstio excogitata, & ficta nec legislatores inspicunt, quod raro fit, ut in Auth. *Ut sine probib. matr. fil. tutel. ger. coll. 8. arg. l. Nam ad ea ff. de leg. c. 8. Erir autem lex. 4. dist. Tertio concludit vacare utrumque: nam de rigore juris non tenet collatio, cum nec duas uxores quis simul possit habere, c. *Gaudemus, §. Quia vero, de divor. Postea tamen subdit quod aliqui contrarium judicarent, & huic Clerico optionem darent, ut infra. Ex mentes unam dimitteret, & alteram retineret, ut si res magis valeat, quam pereat, c. *Abbate, §. Contra quod, infra de verbor. significat.* Tandem recutit ad notata in c. *Dudum, §. 2. de elect. & in c. Omnia, de penit. & remiss. Dixit Guiliel. in Speculo in tit. 2. §. *videndum, vers. Sed quare*, hanc glossam fuisse factam ab Hostien. ad instantiam suam. Et hæc dicta recitat impliciter, nihil addens, vel detrahens Jo. Andr. in d. c. *Quia nonnulli, de Cler. non resident. nu. 9.* & Anchar. *eod. num. Primum dictum Jo. de Lagnano dicit esse verum, sed secundum æquius, Cardinalis vero ibid. in 12. q. n. 17.* dat Clerico optionem; quia hic non est incompatibilitas in collatione, sed in consecutione: ergo antequam possessionem adipiscatur, poterit eligere quam maluerit. Hæc ratio est in le. vera, sed non solvit questionem propositam de illo, qui reperitur in possessione utriusque beneficii: & non constat ejus possessionem prius sit factus. Verius videtur huic Clerico competere optionem alterum retinendi, & alterum dimittendi; quia hic casus non potest dici provus per c. *Quia nonnulli*, nec per Decretalem, *De multa*, nec per Extravag. *Execrabilis*, cum hæc jura loquantur in eo casu, in quo Clericus primo obtinuit unam dignitatem, vel unam Parochialem, & postea pacificè assecutus est secundam: hic autem quando eodem instante assecutus est utramque. Ergo hujusmodi casus tanquam omittis, remansit in dispositione juris antiqui, & communis; quod dat optionem, ut in hoc cap. & in d. c. *Præterea, infra eod. & hoc testat Butr. in d. c. Quia nonnulli, nu. 5. Imol. num. 12. vers. Tangit etiam, & Alex. de Nævo in ult. *quæst. nu. 22.* Hoc autem puto verum est, post Concilium Tridentinum, quia dum in cap. 4. *sess. 7.* extendit penam Decretalis, *De multa, infra eod.* ad omnia beneficia incompatibilia: hoc intelligi debet retentis iisdem terminis, id est cum quis primò obtinuit unum beneficium, deinde adeptus est possessionem secundi, & utrumque simul retinere perrexit, quod non contingit quando eod. instante assecutus est primum, & secundum, & vult alterum dimittere, & alterum retinere, & sic habes casum, in quo optio non est sublata.*****

10. QUÆRO, Quid si Episcopus uno, & eodem

DE PRÆBENDIS.

Cap. Significatum.

S V M M A R I U M.

1. Prælati, & Capitulum possunt præbende vacanti honorem onus imponere, ad quod præbendarius tenetur.
2. Contrarium.
3. Beneficium novum onus celebrationis Missarum ab Episcopo imponi non potest. Etiam ex concedatur verisimilibus, num. 5.
4. Beneficia simplicia obtinentes non tenentur deservire per se, nec per substitutum.
5. Vicarius Apostolicus, cui facultas in litteris Apostolicis tributa non fuit, non potest beneficium onerare novo onere celebrationis Missarum.
6. Sacerdos potest locare operas suas spirituales ad quod vitio simonia, n. 39.
7. Sacerdos non potest obligari pacto, vel statuto ad celebrandum quotidia, aut semper de uno Sancto.
8. Beneficium institutio, qua qua adstringitur ad celebrandum quotidia per se, non est illicita.
9. Sacerdos in institutione causæ sit, ut celebret per seipsum.
10. Dictiones assidue, semper, inderelictenter, & consimiles non sunt amare intelligenda, sed civiter, & cum aliqua temperamento.
11. Prælati inferiori cum Capitulo an possit statuere, ut præbendarius non possit præbende suæ renunciare, nisi de ipsorum consensu.
12. Papa in confirmatione potest immutare, alterare, & interpretari voluntatem statuentium, resanantem, & pacificentem, & n. 25.
13. Missarum onera an, & quando per Sedem Apostolicam reduci possint, aut debeant, & n. sequ. usque ad num. 27.
14. Quid si sint imposita ex piis defunctorum relictis, num. 16.
15. Et quid si ex largitionibus inter vivos, n. 17. & seq. usque ad n. 29.
16. Missarum onera ante Concilium Tridentinum imposita, aut in beneficii fundatione Episcopi, & Generales Ordinum reducere non possunt in vim, cap. 4. *sess. 25.*
17. Etiam si legatum sit ad eum, ut non sit qui velit onus illi in unum subire, ibid. vers. Quinimo.
18. Laici, qui non sunt de temporali jurisdictione Ecclesie, non tenentur potestati Ecclesie obedire in non concernentibus animam.
19. Papa in actibus Laicorum potestatem non habet, nisi prout diriguntur ad bene ut vivendum.
20. Pecunia pro Missis celebrandis collata, an sit restituenda si illarum numerus reducatur.
21. Princeps non tam amplam habet potestatem in dispositionibus inter vivos, atq. in ultima voluntate.
22. Papa potest immutare piis dispositionibus tam mortuorum, quam viventium, & n. seq.
23. Intellectus Clem. Quia contingit, de relig. domib. ibidem.
24. Res, quæ donantur Ecclesie cum onere celebrationis Missarum, desunt esse laicales.
25. Ecclesia Romana est eorum universali Ecclesie, & inde epus est ad singula membra alimenta transfundere.
26. Pacta si respiciant tantum religionem, immutari

- possunt per Papam, etiam si sint licita, secum si respiciant communium temporale.
27. Pactum inferiorem non potest præjudicare superiori.
28. Papa auctoritas in pacto respicientium receptionem, & juramentis semper intelligitur excepta.
29. Missarum onera factura an per Papam reduci possint, & n. seq.
30. Ecclesia recipiens rem oblatam cum onere celebrationis Missarum facta ipso naturaliter obligatur ad onerum implementum.
31. Pactum quans nuncius simplex potest appellari si des.
32. Pactum nudum quantum non pariat actionem parit tamen exceptionem, & recedens a pacto peccat mortaliter.
33. Inter pactum nudum, & vestitum nec Deus, nec bona conscientia distinguit.
34. Pactum nudum, & vestitum non adimpleat, res oblatas non facit suas, & ad restitutionem tenetur.
35. Datum ob causam repeti potest, causa non sequitur.
36. Legibus humanis non sublimi qua ratione naturalis mutantur.
37. Leonis X. indultum fratribus dinoribus concessum super summi elemosinis Missarum dicitur subreptitio obtentum.
38. Sacerdos, qui tenetur ad aliam Missæ celebrationem, non autem ad illam applicationem, an possit pro applicatione elemosinam accipere.
39. Simonia cum an, & quando sit pro celebratione Missæ peccatum accipere.
40. Anus vicissiter asservit omnes elemosinas, qui se obligant ad orandum pro subveniendis, damnatur in Concilio Constantie si.
41. Sacerdos potest accipere elemosinam pro Missa, etiam si altare habeat sustentationem.
42. Intellectus, c. Clerici, l. 1. q. 2.
43. Sustentationis duplex titulus haberi non potest, nisi pro rebis diversis.
44. Elemosinam dant, et pro Missis, communiter intendunt, nisi sacrificium sibi applicent.

SIGNIFICATUM. Possunt Prælati, & Capitulum præbende vacanti honorem onus imponere, ad quod præbendarius tenetur, sic summat Abb. Antiqui. Joa. Andr. Butr. Card. & reliqui omnes. Dividitur in duas partes. In prima ponitur ordinatio tria commens. In secunda confirmatio cum limitatione, ibi, *Quam siquidem.*

Nota primò ibi, communi voluntate de *destit.* juncta supracriptione, Prælatum etiam inferiorem cum Capituli consensu posse præbende vacanti ad suam collationem pertinenti per viam statuti, vel pacti aliquid spirituale onus perpetuo imponere, dummodo illud sit honestum, prout hic notant Butr. & Card. ambo in 5. *notab.* & Imol. n. 4. & colligitur hic intellectus ex gloss. 1. ad cuius mentem Doctores communitè sumunt textum, ut supra proxime dictum est. Verè tamen præsens littera hoc non probat, quin potius innuit oppositum. Nam papa hic non decidit ordinationem præpositi, & Capituli esse validam, sed illam confirmat cum modificatione, ut patet ibi, *institutionem eadentem confirmamus.* Ergo pactum, & onus in jure non substituit, nisi accessisset robur confirmationis Apostolicæ, propterea enim fuit penita: arg. cap. *Cum pridem, supra de Pacto, cap. 1. & 2. de*

conferunt, vel inuiti. & observant hic Joan. Andr. numer. 1. in fine, Butr. numer. 6. Cardin. & Abb. ambo in 1. notab. Vel certe secundum Hostien. in principio, onus fuit annexum huic prebende in limine erectionis, arg. 1. in tractationibus, ff. de paci. cap. Cum venerabilis, infra de censib. & cap. Verum de condit. app. Sed prebenda jam erecta auctoritate ordinaria novum onus annexum non potest, quia oblat cap. Cum dilectum supra de consuetud. Concilium Lateranense in cap. Prohibemus, infra de censib. & Concilium Tridentinum cap. 5. sess. 25. de reform. Unde S. Congregatio ejusdem Concilii interpretis sapientius de claravit Episcopum non posse novum beneficium onus imponere, sed tantum curare debere ut quae illis ex fundatione vel consuetudine incumbent, exacte adimpleantur, & in specie, alias censuit novum onus Missae in hebdomada non potuisse Episcopum imponere beneficio habenti onus anniversarii tantum. Non igitur potuit iste Praepositus cum Capitulo annexere prebende vacanti novum onus celebrationis Missarum, vel personalis residentiae, ut habeat communis lectura, & ideo fuit necessaria confirmatio Apostolica.

4. Hinc cum beate mem. Cardinalis Borromaeus vellet cogere obritentes simplicia beneficia in Patrochialisibus, ut per se, vel substitutos deservirent, cum cap. 3. sess. 21. praesupponat omnia beneficia destinata esse ad cultum divinum, & Ecclesiastica munia obeunda juxta cap. sin. de rescrip. lib. 6. S. Congregatio ab eo consultata respondit non esse cogendos ad aliud, quam ad dicendas horas Canonicas, nec teneri, si beneficia simplicia sunt, deservire per se, nec per substitutum, exemplo Canonici, qui cum non tenerent residere causa studii, non tenebantur ad substitutum. Abb. in cap. Licet de preben. Rursus cum Episcopus Afulanus impetisset onus paucae elemosynae circa Prioratum, quod est beneficium simplex, pro Missis bis in hebdomada celebrandis in Cathedrali Ecclesia; sequitur quia licet dictus Prioratus actu Ecclesiam non haberet, cum tamen haberet reditus, & adessent vestigia veteris Ecclesiae, non erat verum simile illam sine onere Missarum celebrandarum erectam fuisse. S. Congregatio consultata an id potuisset Episcopus, respondit nullum onus novum imponendum ex consuetudine verisimilibus. Sed nec vitiositatem Apostolicum, cui facultas attributa non fuerat in litteris Apostolicis, censuit potuisse onerare beneficium simplex novo onere celebrationis Missarum.

7. Secundo nota ibi, ita quod Missam de S. Maria, Sacerdotem posse locare operas suas spirituales absque vitio Simonie, arg. c. Cum sit, de Simon. secundum Vincent. Sed hoc latius explicabitur infra in gloss. 1. num. 38.

8. Tertio nota ibi, debeat quotidie celebrare, Statutum, vel pactum quo Sacerdos obligatur ad celebrandum unam Missam quotidie, & de uno sancto, non adeo stricte esse intelligendum, ut hngulis diebus absque ulla intermissione, vel semper de illo sancto celebrare teneatur; sed hanc interpretationem admittit, ut illum celebret quanto frequentius poterit salva honestate & devotione, prout ejusmodi ordinationem, & pactum hic temperat, & moderat Pontifex in vers. Quamvis quidem institutionem, & notant Abb. & Dec. ambo in 3. notab. & plenius idem Abb. in cons. 99. videtur in 1. dub. lib. 2. & dixit salva honestate, forte propter

pollutionem nocturnam, ut in c. 1. in fin. ibi, propter talem pollutionem a sacra mysterio esse abstinere oportet. 6. dist. Vel forte, quia non decet eum celebrare cum vilibus indumentis, vel in Calice xero, secundum Innocent. in ver. Bonifacis, & idem de similibus impedimentis, quae poterunt contingere, ut per Hostien. n. 9. & Abb. n. 4.

9. Declara notabiliter conclusionem proxime firmatam, ut procedat in eo tantum casu, in quo specialiter cautum est ut Presbyter celebret unam Missam quotidie per seipsum, prout hic cautum fuerat, ut patet ex littera ibi, vel cuiquam prebenda illius anniversarium delegare, & notat gloss. ante penult. Hostien. numer. 5. in ver. Vel cuiquam. Card. in 4. opposit. & Dec. in 4. notab. Hujusmodi enim institutio est illicita, secundum Abb. in 3. notab. quia multoties praebet materiam peccandi, cum facile non contingat Sacerdotem quotidie devotum existere ad celebrationem; nam satis est felix qui potest digni unam Missam quotidie celebrare. Unde Augustinus tale celebrantem nec laudat, nec vituperat in c. Sicut, de consecr. dist. 1. ac proinde talis institutio eam recipit interpretatione, ut non obliget ad celebrandum, nisi quanto frequentius poterit salva honestate & devotione, ut dictum est. Secus vero si simpliciter statutum aut conventum sit, ut Sacerdos celebret quotidie unam Missam, nec sit adjectum ut celebret per seipsum, quia tunc oneri celebrationis Missarum potest per alium satisfacere, ut tenet Lopus in suis allegationibus, videlicet allegat. 34. alias 36. Utrum absque dispensatione alleg. 116. Philippus numer. 3. vers. In contrarium arguit, & vers. Et licet praedicta, & alleg. 117. factum super quo, num. 2. quem sequitur & Rota. & S. Congregatio Concilii sequitur, ut scripti latissime in cap. 1. supra de arat. & qualiter, a num. 62. usque ad num. 89. & presertim numer. 62. & consequenter cum onus non sit personale, nihil impedit quo minus Missa celebrari debeat quotidie absque ulla intermissione. Cessat enim ratio honestatis, & devotionis celebrantis hic considerata, cum onus adimpleri possit per substitutum, arg. c. Esi Christus, de iur. iur. cum similibus. Et ita virtualiter hunc textum declarat Abb. in d. cons. 99. in 1. dub. num. 4. vers. Et ex his patet responsio lib. 2.

11. Quarto nota, ibi, Assidue debeat obsequium suum impendere, hoc verbum assidue, non esse amare intelligendum, & absque ullo temporis intervallo, sed civiliter, & cum aliquo temperamento, & moderamine, ut hic patet in vers. Quamvis quidem institutionem, concordat cap. 1. supra de offic. Archiepiscopi, ibi, & assidue in Ecclesia stare, id est horis congruis, ut ibi per Hostien. n. 3. in ver. Assidue. Et c. Sacerdos sanctus, 22. dist. ibi, Assidue ejundarum oratio. Idem dicitur de verbo contumax, ut in c. sin. de frigid. & malefic. & de verbo, indelinetur, ut in c. Si quis vult, & ibi gloss. ult. 36. dist. Et ita etiam intelligitur illud, semper orandum esse, ut c. Si laicus, 31. dist. nec non illud, nunquam excidat, & salterium de manibus tuis, c. Nunquam, de consecr. dist. 5. id est horis constitutis, ut ibi in gloss. 1. facit textus in l. quod dicitur, ff. de solut. Quod nota pro dictis testium deponuntur Ecclesiam semper percepisse decimas ex tali locutione, nam intelligendum est, semper, id est, tempore competenti, quia de bladis in hyeme decime non percipiuntur, sed in aestate, secundum Abb. Antiqu. lib. 1. in ver. assidue.

Quinto, nota argumentum quod Praepositus, & Capitulum possunt statueri ut liceat praebendato de communi consensu praebende suae renunciare. Nam illa verba, non nisi communi tam Praepositi, quam Capituli consensu possit dimittere, & contrario sensu videtur innuere, ut de communi consensu hoc possit. Sed quia oblat cap. Admonet, de renunciat. tu distingue ex mente Doctorum. Aut statuitur ab illis ut praebendatus possit renunciare cum solo consensu Praepositi, & Capituli; & non valet statutum, quia est contra jus commune, & in praedictum Episcopi, in cuius manibus debet fieri dimissio, ut in d. c. Admonet. Nec obstat ille textus, quia statutum non valet, nisi vigore confirmationis Apostolicae, & ideo confirmatio fuit petita. Simile in cap. Cum accepisset, supra de consuetud. secundum Hostien. hic num. 5. vers. Vel potest responderi Joan. Andr. numer. 1. in fine. Butr. numer. 6. & Cardin. numer. 3. in 2. opposit. In veteri codice Barcinonensi legitur, auctoritate Episcopi communi consensu, ut refert Anton. Augustin. in notis ad primam collectionem Decretal. lib. 3. tit. 5. cap. 13. Aut statuitur ut praeter consensum Episcopi in renunciatione requiratur etiam consensus Praepositi, & Capituli, vel statutum etiam sine confirmatione Apostolica, quia non est contra, sed praeter jus commune, nec derogat juri Episcopi, ut per Butr. ubi supra.

13. Ultimo nota ibi, quatenus confirmamus. Papam in confirmatione posse immutare, alterare, & interpretari voluntatem statuentium, testantur, & pacifcentium, prout hic notant Innocent. post prope, in ver. assidue. Hostien. num. 7. Abbas Antiqu. numer. 1. in ver. Latens, Joan. Andr. numer. 3. Butr. num. 8. Card. in 5. opposit. Anchar. in 6. notabil. Abb. num. 5. vers. Et ex praedictis. Sed qualiter hoc sit intelligendum, plene explicabitur in questione sequenti ad num. 25.

14. QUARTO, an, & quando onera Missarum celebrandarum, quae in aliquibus Ecclesiis ex variis defectibus relicta, vel ex largitionibus fidelium imposita sunt, Sedes Apostolica moderari, & ad pauciorum numerum reducere possit aut debeat.

15. Haec questio proponitur de Sede Apostolica; quia de jure communi Episcopi hanc potestatem non habent, ut scripti plene in c. Ex parte ad n. 20. supra de censib. & quod spectat ad Concilium Tridentinum, Sac. Congregatio Cardinalium ejusdem Concilii interpretum olim consultata, au facultas tributa Episcopo in Dioecesana Synodo, & Generalibus Ordinibus in Capitulis generalibus per decretum Concilii cap. 4. sess. 25. sit intelligenda de praeteritis oneribus ab antiquo usque ad Concilium, & primam Congregationem Episcopalem, seu generalem Capitulum Ordinum, aut etiam de oneribus in futurum imponendis, quoties opus fuerit. Respondit d. cap. 4. esse intelligendum de onere Missarum imposito ante Concilium. Item censuit decretum d. c. 4. non procedere in obligationibus Missarum, quae impositae sunt Capellis erectis in titulum, sive ex prima institutione testatorum, sive ex alia quacumque. Et propterea in decretis de celebrat. Missar. ad S. D. N. Urb. VIII. confirmatis, s. 1. eadem Sac. Congregatio districte prohibet, atque interdicit ne Episcopi in Dioecesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel alias quoquo modo redu-

cant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis: Sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam sedem recurratur, quae te diligenter perspecta id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur, ut in Bullar. to. 4. pag. 315. Quinimo etiam legatum sic ita tenet, ut non sit qui velit onus illi impositum subire, & si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut fere totum in sumendum sit pro expensis ad id necessariis: nihilominus Congregatio censuit pro reductione oneris, ut supra imposita ab iis, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adeundam, quae absque ulla impensa id statuet, quod magis in Domino esse esse judicaverit, eodem tom. 4. pag. 317.

Pro solutione quaestionis est animadvertendum duplex esse genus harum largitionum: nam aliquae semel offeruntur, ut cum datur centum aurei, ut ex eorum annuo reditu Missa quinque in quatuor annis celebrentur. Aliquae vero dicitur dantur, & appellantur manuales, ut cum offeruntur duo julli pro duabus missis. Praeterea ex obligationibus primi generis, quae semel sunt, aut quae non de jam factis, aut de faciendis. Rursus jam factae aut proveniunt a defunctis, aut ab his, qui adhuc vivunt. Singulas igitur considerando,

16. Dubitatur primo, an Summus Pontifex possit praedictas reductiones, seu moderationes facere pro similibus largitionibus factis ab iis, qui jam mortui sunt, & cum hae ad pias jam defunctorum voluntates reducatur, non videtur ambigendum quin id Pontifex ex causa liceat, ut satis patet ex d. c. 4. sess. 25. & de hoc disputare dicit esse sacrilegium Gemini cons. 3. Dubia supra scripta in princ.

17. Dubitatur secundo, quid de illis largitionibus, quarum largitores adhuc vivunt, & tunc cum veniemur quidem in materia pia, sed extra destinationem voluntatis, aliquibus non videtur ita clarum Pontificem posse largitionibus non consententibus praedictas obligationes moderari. Nam prima fronte cum laici, qui non sunt de temporalis jurisdictione Ecclesiae non teneantur potestati Ecclesiasticae, in non consententibus animae obedire, c. Novit, de iudic. Innoc. in c. Inquisitioni, prope finem, vers. Item si praecipiat Luceo, de sentent. excomm. Abb. in sua q. 1. in cap. Episcopus, col. 2. circa med. Felin. in c. Auerimus, n. 2. de fide instrum. Nec Papa super actiones laicorum habeat potestatem, nisi prout diriguntur ad beate vivendum, c. Per venerabilem, & ibi gloss. in ver. Habeat potestatem, Qui fuit sine legitimo. Victor de potestate Ecclesiastica, in illa questione. Utrum potestas spiritualis sit supra temporalem, per totum, nec sit peccatum laico si nolit bona sua Ecclesiae aliter dare, quam super praedictis sibi bene visis conditionibus, in traditionibus, ff. de paci. forte non videtur tubelle fundamentum quo Pontifex id in invitos possit, contra reg. cap. Id quod nostrum, de reg. iur. lib. 6. Et in 1. in re mandata, c. Mand. cap. super his, de sepultur. Possit quidem Pamandare, ut hae oblationes cum hoc onere non recipiantur, seu etiam ut adjecta onera minuantur, sed tamen res ob id recepta, nihil rationabilis causa excusaret, forte restituentur essent, arg. eius, quod idem Concilium disposuit in dissolutione juris patronatus sess. 25. c. 9. in fine, ibi, restituitur patrono eo, quod ab eo iudicio datum est, & hic notat Butr. numer. 12. vers. Esi non adimple-

tur, & tenendo hanc opinionem non obstat hæc De retalis, ubi Papa modificavit illam erectionem præbendæ cum certis oneribus adjunctis. Quoniam hic solum moderatus est, quoad qualitates non laudabiles. Præterea hic nihil minuit, sed solum declarat illud verbum, *perpetuo*, quomodo intelligatur, & continet etiam residentia quomodo esse intelligenda: sed non inde sequitur, ut eidem similis competat autoritas in recipientibus temporalia, ut ibi not. Abb. num. 5. Similiter non obstat Concilium de c. 4. *ss. 2. 5.* quia Princeps habet quidem potestatem immutandi voluntates de functionum, præsertim iusta ex causa, l. 1. & l. Legatum. *ss. de administr. rer. ad Civit. pertinen.* & quo ad pia idem potest. Papa. c. *Quia contingit, de relig. domb. in Clem.* Sed inde non videtur inferri ad dispositiones inter vivos, in quibus Princeps non tam amplam habet facultatem, Bart. in l. *Servientes, in fin. de servitut.*

22 Ceterum his non obstantibus contraria opinio est veteri, pro qua primò adducitur textus in dicta Clem. *Quia contingit, de relig. domb.* ubi præcipitur ut impleant onera hospitalibus incumbentia ex erogationibus, & largitionibus fidelium, nec distinguatur an huiusmodi largitiones factæ fuerint per dispositionem inter vivos, an in ultima voluntate, & *gloss. in ver. largitione*, exponit verbum illud, *in vita, & morte*, & tamen textus dum disponit, ut ea que ad certum usum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium converti, expressè interserit præsertim illam salva Sedis Apostolicæ autoritate. Ergo ex eodem constat aperte Sedem Apostolicam habere potestatem immutandi usum piarum largitionum, & sic moderandi onera Ecclesiæ, vel pios locis incumbentia, etiam ex largitionibus viventium, & propterea *gloss. ibi in ver. Sedis Apostolicæ*. Nota, inquit, per hanc litteram solum Papam alterare posse usum illum, que per fideles donata sunt, vel relicta, cap. *Quod translationem, de offi. leg.* Pondera illud verbum *gloss. donata sunt*, quod propriè importat donationem inter vivos, l. 1. *ss. de donat.* & eodem verbo utitur ibi Abb. *num. 3. vers. Solum Papa*. Ratio est, quia res, que a laicis donantur Ecclesiis, vel locis pias adjecto onere celebrationis Missarum, desinunt esse laicales, & transeunt in dominium, & proprietatem Ecclesiæ, cap. *Conquestus*, & ibi *gl. in de foro competen. Anchar. hic numer. 5. vers. Salvando tamen dicta Doctorum*, & Ecclesiæ collatum dicitur consecratum Deo, & Sanctis eius, cap. *Injustum, de rer. permutat.* ac proinde subiunt omnimoda dispositio in Summi Pontificis, qui ut in proposito dicit Laudan. in d. Clem. *Quia contingit*, & post eum Cardin. *ibidem. 4.* est gubernator in solidum universalis Ecclesiæ, cuius caput est Ecclesia Romana; & idè ejus est tanquam capitis ad membra singula alimenta transfundere, cap. *Constituta*, & cap. *Per principalem, 8. quæst. 3. Clem. Frequens, 8. Præterea, de excess. Prælator.* Deinde pro hac sententia est textus apertus hic non cavillando litteram. Nam Papa immutavit pactum, ut conditionem illam in tribus secundum Innoc. *post princ. in verb. Assidue*, Abb. *Antiq. numer. 1. in ver. Batenus, Hostien. nu. 7. Joan. Andr. num. 3. Butr. num. 8. Cardin. in 5. opposit. Anchar. in 6. not. in 3. opposit. & Abb. num. 5.* Quia ubi erat conventum de celebrando Missam de S. Maria, & quotidie immutatur, primò ut Sacerdos

non ardeat ad celebrandum quotidie, sed secundum qualitatem suæ devotionis. Secundo, ut non ardeat semper ad dicendam Missam de Sancta Maria, sed possit solemniter alias celebrare secundum devotionem & honestatem. Tertiò, quod conventum fuit ut non possit præbendatus dimittere Ecclesiam, & transire ad aliam; modificatur ut non habeat locum, subsistente legitima causa, & in hoc secundum Hostien. confirmatio Apostolica limitat, seu immutat pactum. Ex quibus patet in hac Decretali propriè agi de immutatione, seu modificatione conventionis inter vivos, non autem de interpretatione, nisi quatenus interpretatio sumitur pro correptione, seu modificatione, juxta text. in l. 1. *ss. Qui operas*, juxta *gloss. in ver. Interpretatione, ss. ad Tertull. Abb. in cap. Super questionum numer. 8. de offic. deleg. Paul. de Castro cons. 340. Præmissa allegacionibus in princ. lib. 1. Et quavis Innocentius, ubi supra, dicit se non credere quod si aliquid esset in pactis à jure tolerabile, liceret illud confirmatore commutari: immutatur tamen subiecti aliam opinionem, quod si pacta respiciant tantum religionem, sicut esse cantare Missam de S. Maria, sicut Superioribus ea immutare, etiam si licita & secus, si respicerent temporale commodum, & hæc secunda opinio placet ibi Hostien. cum quo transit Joan. Andr. & reliqui supra citati. Unde Anton. de Butr. *num. 9.* Oppono, inquit, Partes conveniunt, & tamen Papa pacta istarum partium aliter moderatur, quod facere non debuit, quia contractus legem accipiunt ex conventionem, ut l. 1. *ss. Si convenit, ff. de pos.* & ex eis oritur obligatio naturalis, *ss. de pact. l. 1. solutio*. Aut pacta respiciunt religionem, & tunc possunt immutari per Papam ut hic, etiam si sint licita. Aut respiciunt temporale commodum, & non est licitum Papæ ipsa commutare, postquam inita sunt auctoritate iudice Ecclesiastico, & in hoc secundo casu *num. 12.* dicit habere locum regulam l. *In re mandata, C. Mandatum*, non autem in spiritualibus. Quod etiam dixit Cardin. in dicta Clem. *quia contingit, in 2. opposit. numer. 9. de relig. domb.* Ratio est secundum Joann. Andr. & Butr. *loci citati*, quia pactum inferioris non potest præiudicare suo superiori, nec interior superioris sui jus revocare potest cap. *Cum accessissent de Constit.* & in huiusmodi pactis, sicut & in juramento semper intelligitur excepta autoritas Papæ, cap. *Venientes*, & ibi *gloss. in ver. Superioris, de iurjur. gloss. in cap. Constitutus, in ver. Iuramento*, & ibi etiam Felin. *num. 9. de rescript. gloss. secunda in cap. Ex parte, de Cleric. non res. Fed. de Sen. cons. 191. numer. 4. Bald. cons. 29. num. 2. in fine lib. 1.* & per hæc patet etiam responsio ad objecta.*

29 Dubitatur tertiò, numquid reduci possint onera futura Missarum celebrandarum, non video qua ratione id fieri possit absque eo quod Christi fideles fraudentur, seu rebus suis spolientur cum mendacio, ac violatione fidei, & obligationis naturalis. Nam statim atque Ecclesia recipit rem sibi cum tali onere oblatam, factò ipso, quo magis quam verbis loquimur, l. *Si tamen, 8. l. ff. de edict. edit. cap. Dicitur, l. 2. de appellat.* promittit dicta onera adimplere; unde obligatio naturalis deducitur, l. *1. ff. de pact.* que super omnia servanda est, ut ibi, & l. *juris gentium, 8. sit Prætor, ff. de ed. cap. 1. ed. tit. cap. Enclia, 20. quæst. 1. c. Innocent. 22. quæst. 1.* &c.

31 & c. Eleutherius, l. 8. q. 2. Omne enim pactum quantumcumque simplex potest appellari fides, c. 1. *de sponsalior.* & quavis nuda pactio obligationem non pariat, parit tamen exceptionem, quia recedens à pacto mortaliter peccat, ut dicit *gloss. 1. in d. c. de pact.* Nam inter pactum nudum, & velitum nec Deus, nec bona conscientia distinguit, ut ibi ait Bald. *num. 5.* subdens de Jure Canonico omne pactum æquum cujuscumque sit generis, & formæ appellari velitum velimento Canonis, seu velimento roboris Canonice Sanctionis. Accedit quod si Ecclesia accipit oblatam hæc intentione ut onera adimpleat, utique alias nec rem sub hoc onere oblatam facere videtur suam, ad exemplum eorum qui beneficia Ecclesiastica obtinent, & diurnum officium non recitant, & diurnam opinionem Calder. in c. 1. *de celebr. Missarum*. Quomodo ergo potest eandem retinere? arg. c. *Si res aliena, 1. 4. quæst. 6.* Item ubicumque aliquid datur ob causam, illa non sequitur potest repeti, d. 1. *quæst. per tot. ff. de condit. casudas. l. 1. in summa, 5. Quod ob rem, ff. de condit. indeb. & l. 1. ff. de condit. ob tur. p. cau.*

32 Quæ omnia iunctur naturalis rationes, & idè humanis legibus non videntur subesse, Clem. *Pastoralis, cum ibi notat, de re iudic. 3. sed naturalis, inquit, de iur. natur.*

33 Neque obstat quod Leo X. informatus quod in quibusdam regionibus pro celebratione unius Missæ certa pecunia quantitas dari consuevit in elemosynam fratibus Minoribus adeò tenuis, ut dicti fratres tot Missas, quot sunt largientes pro singulis celebrare non valeant, declaraverit, & concessit prædictis fratribus ut celebrando unà Missam dumtaxat id elemosyna æquivalens uni Julio, id est, decimæ parti ducati non elargiretur, cum non rationem in genere faciendo, in hoc concesserunt paritatem prædictorum fratrum factum esse. Et enim, ut inquit Collector privileg. Mendican. *in ver. Missa 3. n. 14.* Cavendum est omnino ne quis utatur huiusmodi concessione, quia reverentia illius est valoris, prout multi celebres Theologi, & jurisperiti super hoc consulti responderent. Seco illa eam fuisse subreptitiè obtentam. Unde frater Joannes Clapion dum militatus esset Procurator Curie Romanæ, promittit procurare revocationem, seu potius declarationem nullitatis huius concessionis, & credendum est obtinuisse, licet ad manus nostras non pervenerit. Hæc ille, quem totidem verbis refert Rodriq. *de Regalar. tomo primo q. 4. ar. 17.* ubi etiam allegat Mendic. addeque eam concessionem per contrarium usum fuisse abolitam. Novissime in præleg. *de celebr. Missarum in 8. id verò, revocantur privilegia*, & indulta omnia quibusvis personis, Ecclesiis, ac locis pias tam secularibus, quam regularibus cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti quamcumque ob causam concessa, quibus indulgetur contrarium Missarum, vel Anniversariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat, & verba illa, *in futurum suscipienda*, sunt intelligenda de oneribus suscipiendis post privilegium, ut S. Congregatio declaravit, habetur declaratio in *Bullar. tom. 4. pag. 3. 17.*

34 In *gloss. prima Quæro*, an Sacerdos, qui tenetur ad solam Missæ celebrationem, non autem ad illius applicationem, possit pro applicatione elemosynam accipere.

39 Videtur respondendum posse: nam communis Theologorum sententia est post D. Thomam in 2. 2. quæst. 100. ar. 3. nec non Canonistarum hic post Vincen. & *gloss. præleg. Sacerdotem pro Missæ celebratione iuste posse elemosynam accipere*, non quidem ratione rei, & tanquam pretium commensuratum fructui Sacramenti, quem applicat; hoc enim tanquam limoniacum damnatur à Concilio Toletano l. 1. *cap. 8. in c. Quidquid 1. q. 1.* sed tanquam sustentationis stipendium ut inquit D. Thomas *ubi supra in responsione ad secundum*, & ibi Cajetan. in 1. *dub. seu ratione ipsius Sacerdotis, qui secundum Vincen. gloss. & Anton. de Butr. hic numer. 12.* potius videtur locare operas suas, quam vendere divina, arg. c. *Relatum, 10. quæst. 3. in 1. quæst. 2.* & c. *Cum sit, de Simon. de quo tamen plene dixerit Cajetan. ubi supra in 2. dub. quive ut sacrificium offerat, debet ali ex iustitia, & vivere de altari*; nam, *Qui militat sine stipendio unquam? qui pascit gregem, & de latere gregum non manducat?* 1. ad Corinth. 9. c. *Ex ibi, 12. quæst. 2.* & cap. *Cum ex officio, de prescrip. dignis et tunc operaturus mercede sua. 1. ad 1. Timoth. 5. cap. Quæcumque, 12. quæst. 2.* & denario fraudari non debent si vine Domini operantes, cap. *fin. de magist. ne qui ad onus eligitur, repelli debet a mercede*, cap. *Cum secundum, infra eod. cap. Charitatem, 12. quæst. 2.* ibi, iustum namque est ut illi consequantur stipendium, qui pro tempore suo commodare rependantur obsequium, & cap. *Ecclesiasticus, eod. cau. & quæst. ubi legitur: Ecclesiasticis utilitibus defraudantes Ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere*. Atque hanc sententiam clarè approbavit Concilium Tridentinum dum in *cap. 4. sess. 2.* fecit Episcopis, & Generalibus facultatem reducendi onera Missarum, quia elemosyna pro illis celebrandis sæpe erant tenues, ut non facile invenirentur qui vellet huic se oneri subijcere. Nam si pecunie per Missas celebrandas accipere fuissent à Sacerdotibus per limoniam conventionalem, non fuissent agendum de moderatione onerum, sed de illarum restitutione, cap. *De hoc, de Simon. ibi, si qua recuperint, sine diminutione restituant*, cum ea sine gravi sua salute periculo revocare non possint. *Sylvest. in ver. Simonia, numer. 20.* quidquid sit in limonia mentali per cap. *Mandatum*, & ibi *Doctores, eod. tit.* Quare iure optimo in Concilio Constantiensi *sess. 8.* damnantur quadraginta quinque errores Joannis Wicleff, quorum viginti quintus talis erat, videlicet: Omnes sunt limoniaci, qui se obligant orare pro aliis eis in temporalibus subvenientibus, ut habetur *tom. 3. Concil. pag. 359. col. 2.* Potest autem accipi huiusmodi elemosyna etiam Sacerdos alimode habeat sustentationem, imò etiam si redibus Ecclesiasticis abundet, *gloss. & Doctores in cap. Clericus, 1. quæst. 2.* & docet D. Thomas *quodlibet 6. ar. 10.* Navar. in *Mannual. cap. 2. 3. numer. 102.* & *Suat. in 3. part. tom. 3. dist. 88. ar. 3. cons. 1. 1. & 2.* Unde eum in d. c. *Clerici 1. quæst. 2.* decretatum ut Clerici omnes, qui Ecclesiæ fideliter vigilant, & deservunt, stipendia sanctis laboribus debita secundum seiviri sui meritum per ordinationem Canonum à Sacerdotibus consequantur, Abb. in *sua quæst. 4.* quæ incipit, *Tertius Clericus in 4. dub. sub numer. 22. usque in fin.* observat ponderandum esse illud verbum, *omnes*, quod includit tam pauperes, quam divites, alias ad quid dixisset omnes? Item ponderanda esse il-

la verba, *spendit sancti laboribus debita*, que in-
nuunt danda esse stipendia Sacerdotibus, non pro-
pter indigentiam, sed propter labores, quos susti-
nent. Quae quidem ratio verificatur tam in diviti-
bus, quam in pauperibus. Item ponderandum
quod dicitur *secundum meritum sui*, non autem
secundum indigentiam qualitatem.

Non obicit textus in c. *Sacerdos*, l. 2. ubi deci-
ditur Clericos pauperes sive ex nativitate, sive ex
propria voluntate posse vivere de bonis Ecclesia-
sticis, quia ad ea accipienda non eos cupiditas ducit,
sed vivendi necessitas cogit, & mox notabiliter
subiungitur: De talibus videtur dicere Apo-
stolus, l. ad Cor. 9. *Qui in sacratio perantur, quae de
factario sunt edunt, & qui in altario servantur, cum al-
tario partem partem.* Ex quo textu videtur colligi ut
Clerici divites, quos non necessitas, sed cupiditas
ducit, non possint vivere de altario, quamvis e-
idem intersint, cum de talibus non intelligatur
Apostoli auctoritas, sed de Sacerdotibus pauperibus,
prout ad hoc illi textum ponderat Abb. in d. 4. q. 4. in 4. *Abbas* sub n. 12. Nam ut ibidem respon-
det, ille ex his atque aliis, qui in contrarium affe-
runtur, nempe c. *Clericos*, c. *Si quis*, & c. *Pastor*, l. 1. q. 2.
& c. *Quantum*, l. 6. q. 1. c. *Illi*, & c. *Si*, l. 2. q. 1. pro-
cedunt, undum statum primitivae Ecclesiae, quan-
do exiles erant reditus, & distribuabantur ex fa-
cultatibus Ecclesiae prout cuique opus erat, iuxta
c. 2. & c. *Una*, c. *ad. an. & qual.* Quae solutio fuit ori-
ginaliter Hugonis, & Archidiaconi in d. c. *Clerici
in primis*, ubi etiam Praepositi, & latius idem Prae-
positus *Sonnas*, l. 4. d. Abb. in sua quaest. 3. incip. *Sem-
provisu Clericis*, Felin. in c. *Postulasti*, n. 6. de refer. *Co-
vart.* in c. 1. n. 2. de *testam.* & est ex mente S. Tho-
mae in 4. distict. 38. art. 2. q. 2. ad 3. quia de re nos la-
tissime diximus in c. *Si quis sancti*, supra de pecul.
Cleric. in quaest. An, & quando Episcopi, & Clerici
teneantur praeter opus caritatis, vel iulitatis reditus
beneficiorum suorum pauperibus erogare, a nra
2. usque ad nom. 17. Atque hoc supposito, sequitur,
ut Sacerdos, qui habet stipendium pro sola Missae
celebratione, ad huc tamen possit accipere aliud
stipendium pro illius applicatione, quia scilicet
ratione applicationis sufficientem sustentationem
non habet, licet eam habeat alimende. Et

43 quamvis nemo possit habere duplicem titulum
sustentationis, ut tradit Val. in 3. part. disp. 234.
cap. 4. hoc tamen non habet locum ubi sustentatio
recipitur pro rebus diversis, cuiusmodi sunt
celebratio, & applicatio Sacrificii. Atque ita hanc
sententiam sequitur Suar. in 3. part. tomo 3. dist. 363.
sect. 3.

44 Verum tutius forte esset abstinere ab huius dubii
declaratione, quia hoc raro accidit. Nam qui
dant elemosinam pro Missa, licet aliud non ex-
primant, communiter intendunt ut sacrificium su-
bi applicetur, idemque intendunt beneficiorum
fundatores, cum hoc sit eis utilis, arg. l. 3. ff. de *tes-
tam. milit.* & observat Scor. quodl. 20. §. de *secundo*,
vers. *et sic ergo dei*, & post eum Silvest. in ver. *Mis-
sa primo*, nom. 1. & Abb. consil. 99. videtur primus,
col. 4. in 3. *Abbas*, vers. *Præterea*, lib. 2. Itaque hic ca-
sus solum fore posset veridicari ubi benefactores
exprimerent se nolle Sacerdotem obligare nisi
ad solam Missae celebrationem; non autem ad il-
lius applicationem, quod forte vix unquam con-
tinger. Deinde abstinendum esse a declaratione,
quia Sacerdotes possent illa abuti, & eludere De-

cretum S. Congregationis accipiendi plures ele-
mosinas sub pretextu quod non teneantur ad ap-
plicationem Sacrificii. Difficile tamen erit non
respondere pollutantibus, cum hoc dubium intrin-
secè pendeat ab intellectu decretorum de cele-
bratione Missarum, quorum quidem decretorum
declaratio, seu interpretatio est omnibus alium-
ter dicta, ut habetur in §. *Porro*, in fine.

Possit forte responderi Sacerdotem ex decre-
tis huiusmodi non prohiberi accipere elemosinam
pro applicatione sacrificii, si expressè appa-
reat eum non teneri nisi ad solam Missae celebra-
tionem, non autem ad illius applicationem. Verum
an prohibeatur aliunde, quam ex ipsius decre-
tis, non pertinere ad S. Congregationem id decla-
rare.

DE PRÆBENDIS:

Cap. Ad haec

S V M M A R I V M.

- 1 Dignitates plures, vel personatus in una, vel
diversis Ecclesiis quae habere non possunt.
- 2 Dignitatus, ac personatus plurimae est
omni rationi contraria.
- 3 Ecclesias plures obtinens videtur spiritualis adulter.
- 4 Beneficiorum pluralitas aequè prohibita est in una
Ecclesia, atque in diversis.
- 5 Dignitates, & officia requirunt residentiam conti-
nuam.
- 6 Dignitas, personatus, & officium quid sit, & an in-
ter se differant, & in seq. usq. in fin.
- 7 Dignitas, personatus, & officium quandoque acci-
piuntur ut synonyma, & n. 9. & 12.
- 8 Quandoque ut diversa, & n. 14. & 15.
- 9 Dignitas largè comprehendit etiam personatum, vel
custodiam, seu officium, aut inferius ministerium.
- 10 Dignitatis appellacione an veniant Episcopatus, &
maiores dignitates, & n. 17.
- 11 Personatus quandoque includit maiora, & minora
beneficia.
- 12 Inter Dignitatem personatum, & officium iura non
constituunt specificam differentiam; & nominum
diversitas introducta est ex diversis consuetudinibus
Ecclesiarum, & n. seqq.
- 13 Nominum diversitas non semper arguit diversitatem
in substantia.
- 14 Persona Ecclesiarum in Anglia dicuntur quae præ-
sentibus Ecclesiis, qui alibi dicuntur Curati.
- 15 Dignitas se habet ad personatum, & officium tan-
quam genus ad species.
- 16 Contrarium, nam; id.
- 17 Dignitas sumitur largè & strictè secundum sub-
stantiam materiam, vel intentionem proferentis.
- 18 Generis positio necessariò sequitur ad positionem
speciei.
- 19 Dignitatem habens dicitur etiam habere persona-
tum, sed non e contra.
- 20 Dignitatus distinctio, quae.
- 21 Administracionis appellacione continentur omnia
Ecclesiastica officia.
- 22 Dignitatus ventosa nullo alio est effectus, quam ut
invidiam generet, & scandalum seminet inter
fratres. Dignit.

- 23 Dignitas Ecclesiastica non constituitur nisi sit per-
petua.
- 24 Suffraganeatus non est titulus perpetuus, nec per il-
lum acceptacionem Parochialis intelligitur vacare.
- 25 Vicarium Episcopi acceptans, an perdat digni-
tatem, vel beneficium Curatum.
- 26 Vicarius Episcopi dignitatem habet ratione prae-
minenciae praesentis in ex iurisdictione, & Tribu-
nali Episcopi, & n. 28.
- 27 Iudex dicitur habere dignitatem.
- 28 Vicarius tam absente, quam praesente Episcopo præ-
cedit Canonici dignitates, & Capitulum etiam
in aliis indifferenciis.
- 29 Dignitas Ecclesiastica satis est ut habeat admini-
strationem rerum temporarium, ad Ecclesiam
perpetuum.
- 30 Dignitas est excellentior gradus.
- 31 Dignitas quae sit, maior in Ecclesia, ex quibus depre-
hendatur, Remissive.
- 32 Dignitatus praesentia, ex quatuor causis consti-
tuitur, & n. seqq.
- 33 Dignitas Ecclesiastica cognoscitur ex eo, quod quæ
habeat administrationem rerum Ecclesiasticarum
tam iurisdictione, & n. seqq.
- 34 Dignitas, ad ministratio, & iurisdictione sunt annexa,
& quasi inseparabilia.
- 35 Synodus, Praeclarior, Sacrista, & alij Ministri, qui
sine ulla iurisdictione officium aliquod habent,
non dicuntur in dignitate constituti, etiam si sint
perpetui, & n. 34.
- 36 Prior Ecclesiae Collegiatae, vel Conventualis dicitur
habere dignitatem.
- 37 Abbas si an habeat dignitatem.
- 38 Thesaurarius an sit dignus. Remissive.
- 39 Camerarius Papa cum administrationem habeat
etiam iurisdictionem, dicitur habere dignitatem.
- 40 Dignitas proprie dicitur cum in illius institutione
cautum est, ut sit dignitas.
- 41 Dignitas conferatur quæ ex consuetudine Ecclesiae re-
putatur dignitas, licet de iure non sit talis.
- 42 Consuetudine introducta potest ut officium in Eccle-
sia, quod nullum habet prerogativam iurisdictionis
sit dignitas.
- 43 Dignitates non tantum administrationem habentes
cum iurisdictione, sed etiam quæ solum ex consue-
tudine Ecclesiae pro dignitatibus habentur, prae-
servata sunt a Conc. Trid. in c. 6. sess. 25.
- 44 Dignitatem habere non dicitur exercens ministeri-
um spirituale ad dignitatem, si in loco non reputetur
dignitas.
- 45 Consuetudo potest efficere ut dignitas perdat pri-
mariam naturam, & transeat in naturam bene-
ficij simplicis.
- 46 Dignitas an constituitur ex eo, quod vocetur aliquod
nominem dignitatum in iure expresse, & n. seq.
- 47 Consuetudo, & communis reputatio, non solum de-
scribit, sed etiam admittit dignitatem.
- 48 Dignitas cognoscitur quando habet nomen dignita-
tis, & relationis, & prerogativam in choro, &
Capitulo, licet non habeat rerum administracionem,
vel iurisdictionem, ut Archiepiscopus Par-
mensis.
- 49 Personatus quid sit.
- 50 Non habet praesentiam in gradu, sed simpliciter
prerogativam in choro, & in Capitulo, & simi-
libus.
- 51 Erre nec medium gradum inter dignitatem, & Ca-
nonicatum.

53 Officium quid sit.

54 Castellus, Synodus, Praeclarior, Vicariorum, & alij
habentes unum officio annexum, ut Praepositi Eccle-
siae Carnotensis dicuntur habere officium.

1 AD HÆC. Plures dignitates, vel persona-
tus in una, vel diversis Ecclesiis quae habere
non potest. Hoc dicitur secundum Jo. Andr.
& omnes. Et sunt due partes, in prima ponit di-
ctum. In secunda rationem subdit, ibi, *Com. singulari.*

2 Nota primo, pluralitatem dignitatum, ac per-
sonatum esse omni ratione contrariam, ut in li-
tera 2 advertatur enim rationi naturali iuris hu-
mani primævi, quod exigit ut unus unicuique tantum
habeat conjugem carnalem, c. *Quaedam*, in
f. de *divortio*, Ergo & spirituali, c. *Sicut*, 23. qu. 22.

3 Atque ita plures habens Ecclesias videtur spiri-
tualis adulter, c. *Sicut*, vir. 7. q. 1. Similiter adver-
satur rationi iuris Canonici, ex cuius dispositio-
ne singularia officia singulis ministris assignantur, ut
hic, & in c. *Singula*, 8. q. 2. & in c. *Com. singulari*,
col. 1. b. 6. Rursum advertatur rationi iuris civilis,
quo cavetur ut unus conferri non possit in dua-
bus militibus, l. 1. §. *In posterum*, l. *Qui nati*, non poss.
lib. 12. nec in duobus Societatibus, l. 1. §. *In*, ff. de
colleg. illic gloss. ult. in c. *Præterea*, infra ad. nec plu-
res habere honores, l. *Libertus*, §. *Et scripto*, ff. ad
municipal. nec simul esse assessor, & advocatus, ut
l. *Nemo*, ff. de *off. assessor.* & plenius notatur in d. cap.
Singula, 8. q. 2. Demum hæc pluralitas adversatur
etiam rationi congrue locutionis: nam si Petrus
habet duos Canonicatus, cognitur dicitur
Petrus Canonici venit, quod est contrarium non
recti sermonis, l. *Plautius*, ff. de *antr.* & *argent. legat.*
Ita Host. Jo. Andr. Cardm. Anchar. & Abb. omnes
n. 1. Butr. n. 2. & Imol. n. 3. plenè. Rebuti. in *præ-
rit. de dispensat.* ad plura beneficia a. n. 22. usque ad n. 23.

4 Secundo nota, ibi, in una, vel diversis Ecclesiis be-
neficiorum pluralitatem, & quæ prohibentur esse in
una Ecclesia, atque in diversis: non obstat text. in
Lance penult. ff. de *oper. libert.* ubi liberus servit
duobus dominis in ead. domo. Quoniam illud
procedit quoad officia diversa, nec se invicem
impediunt, ut per Host. n. 1. in ver. *Vno Clericus*,
Butr. n. 5. Card. n. 3. Anchar. n. 2. & Imol. n. 5. mag-
is tamen advertent iura ut quis sit pluralis in una
Ecclesia, ut notat gloss. ult. in Clem. fin. de *Pr. ben.*
dixi in c. *Litterarum*, a. n. 6. infra de concepcion. *Præben-*

5 Tertio nota, ibi, dignitates, vel personatus. Aliud
esse dignitatem, aliud personatum, ponderando
particulam disjunctivam, vel, l. *Nec verba*, ff. de
verbor. sig. ff. c. *Inter ceteras* supra de *receptis*. Imol.
hic n. 9. sed de hoc latius dicam infra in prima
questione.

6 Ultimo nota ibi, *asiduitatem exigant personatum,
dignitates, & officia Ecclesiastica* requirere
continuum residentiam in Ecclesiis, prout ver-
bum *asiduitatem* exponit Jo. Andr. in fin. Butr. in 2.
notab. Imol. n. 2. & Abb. n. 3. Hodie hoc est expe-
ditum in decreto Conc. Trid. sess. 25. c. 12. circa
quod vide quod scripsi in c. *Litterarum*, infra ad. & in c.
Quia nonnulli, in secunda quaest. supra de *Clericis* non
residentes.

7 QUÆRO, quid sit dignitas, quid personatus,
& quid officium; & an inter hæc sit differentia.
Quæstio est difficilis, tum ob varias istorum
nominum acceptiones, quæ passim habentur in
iure; tum ob diversas opinionum interpretum
H 4

7 in cap. De multa, infra eodem, & in cap. 1. de consuetudine, lib. 6. & passim alibi. Nam iura interdum accipiunt synonyma, ut est text. expressus in cap. Cum accessissent, supra de consuetudine. Primicerius Ecclesie Tulien. primo appellatur personatus, secundo dignitas, tertio officium, in cap. Ad aures, de rescriptis, ubi Decani, Archidiaconi, Praecentores, & alii, dicitur textus, Upprimat nomen dignitatis tuae, tanquam si non habeant aliquem personatum, & in c. Dudum, l. 2. §. Licet autem, vers. Sed enim in iure, de electis, ubi de Archidiacono iurisdictionem habente dicitur negari non posse quin sit personatus, ad idem c. Cum olim, de consuetudine, c. Cum in canonicis, §. Inferiora, de electis, & c. Cum ad nostram, de institutis, Hinc Host. in Summa huius tituli, §. 2. dicit, dignitatem esse praeminentiam in gradu, quae alio nomine dicitur personatus, allegat d. c. Cum ad nostram. Multoties vero dignitas, personatus, & officium accipiuntur in iure tanquam diversa, ut inquit Joan. Andr. in praedicta Decretali de multa, num. 1. & in d. 49. Cum accessissent, §. 7. ubi dicit fallam esse opinionem nec dicentium dignitatem, personatum, & officium esse synonyma: & sequuntur ibi Bart. nu. 4. Imol. n. 1. & Abb. imprime. & idem Joan. Andr. in d. Quia sepe, in ver. V. officio, ubi notat haec tria, scilicet dignitatem, personatum, & officium ibi poni ut diversa, prout etiam ponuntur in c. final. de Praeb. lib. 6. Nec d. sicut Innoc. in d. c. De multa, n. 6. nam, ut ipse ait, haec tria tere semper pro eodem accipiuntur: & ita secundum eum ex sui natura haec sunt diversa, quam vis plerumque usurpentur a iure ac loquentur eadem. & cum ipso transeunt, ibi Joan. Andr. num. 1. 3. Imol. n. 9. §. 39. & plerique alii.

In hac varietate primi opinio fuit Abbacis Antiqui in c. Dudum, l. 2. de electis, dicens dignitatem esse praeminentiam in cura, personatum sine cura. Sed, ut inquit Joan. Andr. ibidem n. 27. hoc contra esse falsum per cap. in illis, de Praeb. lib. 6. & c. unde arate & quatuor eodem lib.

9 Secunda opinio fuit Archidiaconi in cap. 1. num. 1. vers. Sed circa hoc, de consuetudine, lib. 6. quem totidem fere verba sequitur Jo. Andr. eodem nu. Nam secundum eos si dignitas sumatur in larga significatione, secundum quod dicitur quaedam praeminentia in gradu, comprehendit etiam personatum, & sic aliquando dignitas appellatur personatus, vel custodia, c. Cum ad nostram, de institutis, seu officium, vel interius ministerium, cap. Cum accessissent, de consuetudine, c. Cum olim, de consuetudine, c. Cum in canonicis, §. Inferiora, de electione, & c. Nisi de Praeb. Unde Archidiaconatus, Decanatus, & Primiceriatu non omnibus promiscue appellantur: & possunt homines Praepositi appellari ex eo, quod praeter alia quandam praeminentiam habere no-

10 sequitur c. Quoniam de verborum significat. lib. 6. Sin autem sit de sumatur hoc verbum Dignitas, accipitur etiam pro maioribus, scilicet Episcopatibus, & similibus. De quo vide per Felin. in Rubr. de maior. & eod. tit. §. ubi ad dignitas comprehendit Papatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, Cardinalatum, Patriarchatum, & familia.

11 Personatus vero accipitur pro Archidiaconis, & similibus, & hoc modo secundum eos intelligi potest c. Eum qui de eo, qui mitti in possess. lib. 6. ubi personatus comprehendit maiora, mediovia, & minora beneficia. Verum, ut inquit Gem. in d. c. 1. col. 1. post medium, vers. Mihi videretur, illi non declarant funditus hanc materiam.

12 Tertia opinio fuit Gulielmi de Monte Laudino in Extravag. Execrabili, n. 3. de Praeb. quae habetur ibi in gloss. in ver. Personatus, ubi firmat, iura inter dignitatem, personatum, & officium non constituitur aliquem gradum, seu distinctionem aliquam: & licet nomina sint diversa, unam tamen formam tenere, sicut legitur de Primariis, & Patriarchis in c. Propria, §. 9. dist. 1. Dicitur autem nomen introducta esse ex diverso modo loquendi, & diversis contextibus in Ecclesiis. Nec obstat quod de stylo Curiae omnia in litteris, & Constitutionibus specificantur: quia secundum eum haec fit ad cautelam, & ex superabundanti, cum talia non videntur, sed potius potius ad exceptiones superfluas citius elidendas, vel ut diversis locutionibus Gentium satisfiat, arg. Clem. 1. de assignat. c. Qui de mensa, §. 7. dist. 1. Ad varietatem autem diversae locutionis, seu mutabilitatem nominum nihil immutatur in ipsis realiter in effectu, nec mutari debet, seu aliqua diversitas denotari, arg. cap. Ege, §. 10. dist. 1. Unde dicit Philo sophus, propter nostrum alium mare, vel negare rei veritas nominatur, l. assumptio, ff. ad Municipali. Eandem opinionem amplectitur Cardinal. in d. c. De multa, §. Hoc idem, num. 3. vers. Et per praedicta, dicens dignitatem, personatum, & officium non habere distinctionem praecitam in iure: & licet personatus videatur poni supra officium, & dignitas supra personatum, tamen hoc iure non probatur, nec est ius, quia de illis idem iudicium, cap. 1. de consuetudine, lib. 6. nec ulla realis differentia inter haec potest assignari: & haec vocabulorum varietas potius originem traxit à diversitate locorum, quam à iure, & sequitur Abb. in d. c. De multa, n. 2. vers. Prima conclusio, ubi ait, credendum esse ex diversitate locorum in irreconciliable haec diversa vocabula: nam in multis locis dignitas appellatur personatus, & in aliquibus dicitur personatus quodlibet beneficium curatum: & ideo in his debet attendi substantia rei magis, quam denominatio.

14 Sed e contra haec opinio destruitur ex praedicta Decretali. De multa, §. Hoc idem, ubi primo statuit de dignitatibus, & postea subdit, hoc idem in personatibus decernimus esse observandum, Quod frustra fecisset, si personatus in substantia idem esset quod dignitas, ut bene per Archidiacon. & Jo. Andr. in d. c. 1. num. 1. de consuetudine, lib. 6. & Oldrad. cons. 150. incipiens, in Ecclesia, n. 3. vers. Et hoc respectu. Et factis infirma est responsio Lauduni licet, ut quia illud verbum idem, non denotat identitatem personatus cum dignitate, sed identitatem iuris, circa diversa tamen beneficia. Et consideratio illa, quod haec diversitas nominum insurrexerit ob diversas locorum consuetudines, adaptari potest tantummodo ad illa iura, quae emanarunt pro aliqua peculiari Ecclesia, ut c. Cum accessissent, de consuetudine, pro Ecclesia Tulien. c. Dudum, l. 2. de electis, pro Ecclesia Ambian. & consimilia. Sed congrue adaptari non potest ad illa iura, quae non restringuntur ad certa loca, sed per modum legis uni-

universalis hanc differentiam constituunt, ut facit Concilium Generale in d. c. De multa, Concilium Lugdunense in c. 1. §. Hoc autem, de electis, lib. 6. ubi, in dignitatibus, personatibus, & Canonis observari volumus, Bonifacius in d. c. 1. de consuetudine, lib. 6. per quem textum, ut inquit ibi Geminian. col. 1. circa medium, destruitur contraria opinio, quia ibi dignitas, personatus, & officium ponuntur ut diversa, & idem Bonifac. in c. Statutum, in princ. de rescriptis, eod. lib. ubi, dignitate praedicta, vel personatum ubi contentibus, & in aliis iuribus supradictis num. 8. Et quamvis secundum locorum consuetudinem haec nonnunquam accipiuntur tanquam synonyma, prout in Anglia, ubi personae Ecclesiarum dicitur Curiae, personae Ecclesiae, qui alibi dicitur Curiae, personae, supra de appellat. & c. Quasdam, l. 9. §. & nihilominus dicantur in dignitate constitui, secundum Innoc. in d. c. De multa, n. 6. Attamen circumscripta consuetudine, necesse est fateri praedicta differre non solum nomine, sed etiam re, & substantia, & verum esse quod dicunt Archid. & Jo. Andr. locis citatis, & Oldrad. d. cons. 150. num. 3. ubi ait: (Si horum duorum vocabulorum virtus, (scilicet dignitatis, & personatus) proprie sumantur, neutrum est alterum: licet si sumantur large, & improprie, vel sint synonyma, vel convertibilia alterum in altero, sicut genus in specie, & licet emptum & partum, ut l. Si quis eorum, §. Inter emptum, ff. de legat. 2.) quod etiam dixerunt Archid. & Jo. Andr. in d. c. 1. num. 3. facit text. in l. Si idem, c. de codicillis.

16 Quarta opinio fuit Gem. in cap. 1. col. 1. post medium, vers. Mihi videretur, de consuetudine, lib. 6. qui putat dignitatem habere se ad personatum, & officium tanquam genus ad species: nam dignitas est quoddam nomen generale generalissimum apud denotare omnem habentem aliquem gradum praeminentiae, & hoc voluit glossa in cap. Denique, in ver. Dignitas, §. dist. cum similibus.

17 Item dignitas sumitur large, & stricte secundum naturam materiam, in qua fit prolatio, vel secundum intentionem proferentis si de ea conitatur. Unde etiam in materia stricta, & penali dignitatis appellatio comprehenditur Episcopatus, & superiores, quando hoc exprimitur, ut in c. Felicitas, §. Quod si quis, de pan. lib. 6. quandoque non comprehenditur Episcopatus appellatione dignitatis, ut notatur in c. 2. de Praeb. lib. 6. & in c. Dilectus, de concess. Praeb. eodem lib. Personatus, & officium sunt species comprehendit sub illo genere.

18 Verum neque haec theoretica videtur procedere: quia si dignitas ad personatum, & officium se haberet ut genus ad suas species, omnis personatus, & omne officium esset dignitas, quia ad positionem esse necesse sequitur positio generis. Si quis eorum, §. Inter emptum, & ibi notant gloss. Bart. & DD. ff. de legat. 2. sicut dicimus de credito, & mutuo, ut in l. 2. §. Creditum, & ibi Bald. ff. cert. perat. & tamen hoc constat esse falsum, quia est dare personatum, qui non est dignitas, ut in d. c. De multa, infra eod. & similiter est dare officium, quod non est dignitas, ut c. Salvator, §. Nonime, l. 9. §. & patet in titulo de officio Custodis, de officio sacristae, & in multis iuribus infra citandis, n. 54. Quin potius oppositum est verum, quia qui dignitatem habet, dicitur etiam habere personatum, sed non convertitur, ut dicunt in c. 1. de consuetudine, lib. 6. Archid. num. 3. vers. Dico ta-

men, & Joan. Andr. num. 2. vers. Dicit autem, & Cardinal. in c. De multa, §. Hoc idem, in ultima quaest. num. 3. vers. De hac materia, infra eod. Ego vero in hac materia ponam primo distinctionem dignitatis strictae sumptae, prout comprehenditur in Decretali, De multa, & illius partes explicabo. Deinde per quatuor conclusiones deducam signa ad dignoscendum quando quis dicatur habere dignitatem. Tertio, subijciam distinctionem personatus. Quarto, distinctionem officii, ex quibus deprehendi facile poterit quoniam inter illa sit specifica differentia.

Dignitas nihil aliud est, quam administratio perpetua rerum Ecclesiasticarum cum praeminentia in gradu. Dicitur primo administratio, quod est genus ad omnia officia Ecclesiastica: administrationis enim appellatione iure nostro continentur omnia Ecclesiastica officia, Clem. 1. de rescriptis, c. 2. supra de arate, & qualitate, & notat gloss. in Extravag. Execrabili, in ver. Personatus, de Praeb. inter communes, in hoc; in c. Ex litteris, nu. 2. de probat. Idque ad exemplum tutoris, qui administrationem habet, ut in tit. de administrat. tutor. & dicitur habere officium, Alienam, c. de Procurat. & dicitur administratio, id est gubernatio, l. Sancimus, §. si quis, de administrat. tutor. teuregimen, ut d. c. 2. de arate, & qualitate. Itaque dignitatem inest administrationi, ut notat Bald. in l. 2. n. 54. c. de rescriptis, & aqua. Et ex hoc excluditur dignitas ventosa, & sine administratione, ut l. 3. c. ubi Senator, vel Clarif. & l. ad Rempublicam, ff. de minor. & honor. quae est absolute dignitas, & cuius effectus alius non est, quam ut invidiam generet, & scandalum seminet inter fratres, ut idem Bald. scripsit in c. Cum olim, n. 8. de consuetudine.

23 Sequitur in definitione illud verbum perpetua, quia ad constituendam dignitatem Ecclesiasticam requiritur ut sit perpetua, cap. 2. §. 1. infra de statu Monachorum, c. 1. de consuetudine, lib. 6. & firmat Innoc. in c. De multa, n. 6. in fin. infra eod. ubi formaliter sic ait: (Nunquam autem reputamus aliquem ad hanc Constitutionem teneri, nisi perpetuam habeat dignitatem: & eum sequuntur ibi Host. Jo. Andr. Abb. & alii communiter.

24 Et hinc fit ut cum suffraganeatus non sit titulus perpetuus, Parochialis Ecclesia quam obtinebat is, qui à Sede Apostolica ad Episcopatum titulari promovetur, ac eodem tempore aliquid Episcopato in suffraganeum deputatus est, non intelligatur vacare, ut olim declaravit S. Congregatio Concilii. Hinc etiam solvitur quaestio, numquid acceptans Vicariatum Episcopii perdat dignitatem, vel beneficium Curatum ex dispositione d. c. De multa, infra eod. Pro parte affirmativa facit, quia per Vicariatum consequitur dignitatem, ut notat gloss. in Clem. Esi principatus, in ver. Per electionem, de rescriptis, redditis rationem, quia quamvis non sit perpetua, factis tamen est ut possit esse perpetua, quia forte Episcopus quamdiu vixerit eum non renovabit, arg. l. Insuper, ff. de excusat. tutor. Item facit pro hac parte, quia iudex dicitur habere dignitatem, l. ut ff. de arb. scriben. l. Observandum, ff. de offic. Praesid. & notatur in c. Quia nonnulli, supra de Cler. non resid. & per Archid. in cap. 1. num. 1. vers. Sic etiam iudex, de consuetudine, lib. 6. In contrarium est veritas secundum Abb. in d. c. De multa, num. 23, quia illa dignitas est Episcopii, & Vicarius facile potest amoveri, ad

hoc cap. 1. de offic. Vicar. lib. 6. & sequuntur Rebuff. in prax. tit. Vicar. Episcoporum, num. 7. Alphons. Hoied. de benef. in comp. notis. par. 2. q. 10. n. 15. Verumtamen etiam Vicarius stricte dignitatem non habet, quae sit cum alio beneficio incompatibilis, habet tamen dignitatem quoad praerogativam ex jurisdictione proveniente, & ex tribunali, seu consistorio Episcopi, secundum quod ipse eligitur, & eadem persona cum Episcopo, cap. 2. & ibi Archid. de consuetud. lib. 6. c. Romana de appellat. eod. lib. & declarat glossa in did. Clemen. Est principalis, in ver. Delegatus, quae propterea dicitur Officialis Episcopi tanquam constitutum in dignitate Ecclesiastica comprehendit in c. Statutum, de rescript. lib. 6. quoad hoc ut possit dari delegatus Papae; quamvis glossa dubitet an dari possit Delegatus, & illam glossam sequuntur ibi Cardin. num. 22. Anchar. in princ. imol. num. 1. 2. & 18. & Abb. num. 8. & 11. Hostien. in summa de offic. Vicar. n. 2. Nicol. Mill. in Repertor. in ver. Dignitas est, esse Vicarium Episcopi; ideoque, live praesens sit Episcopus, live absens, Vicarius debet sedere in prima sede ratione iuxta locum tenentiae, & praesertim omnibus Canonicis, & Capitulo, tam in actibus, in quibus intervenit ratione iuxta jurisdictionis, quam in omnibus aliis indifferenteribus, & promissis, praecedendo ipsum Archidiaconum, & Archipresbyterum, ut reprobat duobus consiliis Jacobi Meuchiu, videlicet § 1. & § 2. respondit bonae mem. Robulterius Rotae Auditor in quodam suo yoronovillime impresso apud Gratianum discept. foren. cap. 11. n. 23. ad fin. praesertim si esset Vicarius Apotolicus, ut ibid. n. 54.

30 Sublequuntur in definitione verba illa, rerum Ecclesiasticarum, ut in cap. Satorum, §. Nominis, 1. quae 3. ad differentiam dignitatis secularis, quae similiter dicitur administratio, ut in Auth. Quomodo oport. Ep. cap. 5. Si quis autem, sed non rerum Ecclesiasticarum, id est spiritualium, quia satis est ut habeat administrationem rerum temporalium ad Ecclesiam pertinentium, secundum Innoc. in d. c. De multa, n. 7. vers. item dignitatem vocamus, infra eod.

31 Subiungitur in definitione, cum praerogativa in gradu, quia dignitas est excellentior gradus, ut inquit Bald. in c. Cum olim, num. 8. de consuet. & hoc ad differentiam Personatus, qui quamvis habeat aliquam praerogativam, non tamen habet gradum praerogativam, ut dicam infra n. 50. Ad hoc l. Honor, ibi, cum dignitatu gradu, ff. de muner. & honor. & confert quod notat Oldr. d. cons. 1. 50. num. 3. dum ait dignitatem esse quandam praerogativam ex administratione. Ex quibus autem dignificatur, quae dignitas sit in Ecclesia major, vide Dominos de Rota, apud Gregor. XV. de off. 411. & ibi adnotaciones.

32 Quoniam vero huiusmodi praerogativa in gradu ex quatuor causis potissimum oriri potest, nempe ex jurisdictione, ex institutione, ex consuetudine, & ex denominatione, consequens est, ut ex his quatuor causis pariter dignitas constituat, & secundum hoc statum possunt quatuor sequentes conclusiones.

33 Prima conclusio. Qui perpetuum habet administrationem rerum Ecclesiasticarum cum jurisdictione, is vere, & proprie dicitur habere dignitatem Ecclesiasticam, c. Volumus, c. Diaconum, &

c. Quia, 99. dist. Hae conclusio est Archidiaconi in d. cap. 1. num. 2. de consuetud. lib. 6. dum ait dignitatem Ecclesiasticam cognosci ex eo, quod habeat administrationem rerum Ecclesiasticarum cum jurisdictione; & eum sequitur ibi Joan. Andr. num. 1. vers. primus quando. Nam generaliter, ut inquit Bald. in l. 2. num. 54. C. de servit. & aqua. Dignitati inest administratio, administrationi inest iurisdictio; unde sunt annexa, & quasi inseparabilia dignitas, administratio, & iurisdictio, Idemque voluit Innoc. in c. De multa, num. 7. in fine dicens: Ministri autem, qui sine ulla penitus iurisdictione officium aliquod habent, sicut sunt Syndici, Procuratores, & Sacristae, qui pulsant campanas, & huiusmodi, non dicuntur esse in dignitate constituti, etiam si sint perpetui. Si autem haberent aliquam iurisditionem, secus l. 1. ff. de procur. Caesar. & cum Innoc. transeunt ibidem Hostien. n. 9. Abb. num. 1. in 1. consil. vers. Communiter tamen, ubi ait communem conclusionem Doctorum esse in hac materia ut is dicatur habere dignitatem, qui habet iurisditionem. Unde quilibet Rector, seu Prior Ecclesiae Collegatae dicitur habere dignitatem; allegat Paul. de Eleazar. in Clem. 1. de elect. & in Clem. Ne in agro, de statu Monachor. & Domini de Rota de off. 166. quae est de off. incipit. De Theauraria, de Prab. in nov. Similiter & Prior Ecclesiae Conventualis dicitur habere dignitatem, ut cap. Nisi essent, inf. ead. nec non Abbatissa, ut ex textu in c. Indemne, deabus, §. Verum, & ibi Gemin. in 2. notab. de elect. lib. 6. & notat Barro. l. in 1. n. 43. C. de dignitatibus, lib. 12. dicens Abbatissas habere dignitatem, & administrationem in suis Moniales, & interdum extra, cum habeant castra, & similia, Felia. in c. Meminimus, num. 5. vers. Vires us quarto an Abbatissa, de ascusat. Licet hodie de hoc dubitari possit in Abbatissis Italicae, quia non sunt perpetuae, sed trienniales ex Constitutione Gregorii XIII. incipien. Beposita, in Bullario, tom. 2. pag. 463. & sic deest illis alterum ex substantialibus requisitis ad constituendam dignitatem Ecclesiasticam, secundum ea, quae dicta sunt supra n. 23. Sed nihilominus dic contra, ut scripsi in cap. 1. supra de filiis Presbyteror. De Abbatibus vero Decanis Praepositis, Archidiaconis, & Archipresbyteris vide textum in cap. Pr. Abbatem, & quod ibi plene scripsi, supra de arate, & quatit. & de Theauraria an sit dignitas, vide late per Dominos de Rota in prax. de off. 9. de Prab. in novis. Et de Camerario Papae notat Archid. in cap. 1. num. 3. vers. Si autem haberet, & post eum Joan. Andr. n. 2. vers. Si autem cum officio, & Rota d. de off. 9. in fin. quia cum jurisdictionem habeat cum administratione, dici potest habere dignitatem, arg. l. 1. ff. de off. Prator. August. l. 1. C. de caus. final.

39 Secunda conclusio. Dignitas proprie dicitur, quando in illius institutione cautum est ut sit Dignitas, ut colligitur ex Innoc. in d. cap. De multa, num. 6. vers. Et intelligimus infra ead. dum ait personatum, vel dignitatem intelligi secundum institutionem, & sequitur Abb. ibidem, vers. Quarta conclusio, & plerique alii. Ad hoc cap. Cum olim, de consuetud. cum simil.

40 Tertia conclusio. Si ex consuetudine Ecclesiae aliqua reputetur Dignitas, licet de iure non fit talis tamen Dignitas censeri debet, secundum consuetudinem, & communem reputationem loci d. cap.

cap. Cum olim, de consuetud. Hae conclusio est Innocentii loco proxime citato, dum ait: (Et intelligimus Dignitates, vel personatus secundum institutionem, vel secundum consuetudinem Ecclesiae.) Et infra num. 7. dum ait: (Item Dignitatem vocamus, dummodo pro Dignitate habeatur in Ecclesia, ubi est.) Et cum Innoc. contentuntur ibi Abb. num. 2. 2. vers. Tertia conclusio, Cardin. in §. Hae idem num. 3. ad fin. Rota de off. 4. incipit. Fuit dubitatum, n. 2. de elect. in novis. Feder. de Sen. cons. 80. Fatum est tale, num. 2. vers. Nec praesupponitur, Archid. in d. cap. 1. num. 2. vers. Tertius modus, & ibi etiam Joan. Andr. eodem num. & vers. de consuetud. lib. 6. per l. De quibus, §. An veterata, ff. de legibus, cap. 43. Consuetudo, & c. Quomodo admodum 1. 2. dist. Unde ex consuetudine introduci potest ut officium in Ecclesia, quod nullam habet praerogativam jurisdictionis in alios, sit Dignitas, Gemin. cons. 101. quoad primum dubium in princ. Aretin. cons. 23. in praesenti consuetudine per tot.

44 Hinc orta dubitaciones an Decretum Concilii Tridentini cap. 6. §. Qui vero non obtinent dignitates, §. 2. §. praeservet eas secundum Dignitates, quae habent administrationem cum jurisdictione; an vero etiam illas, quae solum ex consuetudine Ecclesiae in qua sunt constitutae, pro Dignitatibus habeantur: Die 21. Augusti 1596. S. Congregatio Concilii, cui interfuere S. R. Ecclesiae Cardinales Montesperus, Justinianus, Cusanus, De Monte, Paravicinus, Mattheus, Platrus, Blanchettus, SS. Quatuor, & Mantica censuit omnibus uno ore hanc sententiam probantibus, decretum d. cap. 6. §. Qui vero, praeservet etiam illas Dignitates, quae pro talibus habeantur in Ecclesia, manu bonae mem. Cardinalis Mathei est adnotatum. Die 27. Augusti 1596. retuli Sanctissimo Domino nostro hanc sententiam, quam approbavit.

45 Idem dicendum in casu converso, nam, etsi quis exerceat ministerium spectans ad aliquam Dignitatem; tamen si in loco non reputetur Dignitas, non habebitur pro Dignitate, secundum Innoc. in d. c. De multa, n. 6. vers. Si autem ministeria, & quamvis Abb. ibi num. 23. vers. Sexta conclusio, & tunc contrarium forte posse argueri, ut magis attendamus substantiam rei, quam erroneam loci estimationem: tamen non videtur recedendum ab opinione Innocentii, quam sequuntur Domini de Rota d. de off. 4. num. 2. de elect. in novis. Quia si communis reputatio licet erronea efficeret potest ut aliqua censatur dignitas, licet de iure non sit talis, ut ipsemet Abbas admittit in tertia conclusioe: non video cur eadem reputatio, quamvis erronea, vice versa facere non possit, ut quae de iure est dignitas, tamen pro dignitate non habeatur, cum utrumque praestare valeat consuetudo, ut in d. c. Cum olim, de consuetud. Unde si ex consuetudine habeatur pro simplici beneficio, & non pro dignitate, erit officium, & non dignitas, vel personatus, secundum Archid. in d. cap. 1. num. 3. Tertio modo, & Joan. Andr. ibi demum, 2. eodem vers. Nam dubium non est quin consuetudo possit efficere ut dignitas perdat primaviam naturam, & transeat in naturam beneficii simplicis, arg. c. Cum de beneficio, de Prab. lib. 6. & tenet Eades. de Sen. cons. 132. Casus talis est, quodam est Canonica, sub num. 2. vers. Idem in Archipresbytero digno.

47 Quarta conclusio. Ad dignoscendam Dignita-

tem spectare debemus an vocetur aliquo nomine Dignitatum, quae sunt iure expressa, puta Archidiaconatus, licet nullum ministerium dignitatis exerceat. Ita Innoc. in d. c. De multa, n. 6. dicens: (Non tamen puto quem cadere in hanc Constitutionem, nisi vocetur aliquo nomine, quod in dignitate sonet, sed si vocetur aliquo nomine dignitatis, vel pro persona in dignitate constituta reputetur, licet nullum ministerium dignitatis faciat, reputo cum hac Constitutione teneri.) Hae ille, & ponit exemplum in Archidiacono Parmensi. Sed rectius potest poni exemplum in Archidiacono Senensi; Nam Parmensis non habet stallum praerogativam in Choro, secundum Abb. ibidem, n. 2. 1. vers. Non rati. Atque ita solum nomen dignitatis in iure expressum absque ullo ministerio, vel reputatione dignitatis constitutum, secundum Innoc. cum loquatur alternatim. Et cum simpliciter sequuntur Domini de Rota d. de off. 9. de Prab. in novis. Et Cardinalis in d. cap. De multa, §. Hae idem, in fin. sed enim refellit Abbas ibid. n. 2. 1. vers. Secunda conclusio. Quia potius debemus attendere vim, & substantiam rei, quam solum nomen. Et quia pluralitas dignitatum fuit prohibita propter impotentiam deservendi in utraque, ut hic, & in c. Quia nonnulli, supra de Cler. non resid. & c. Quia in antum, supra ead. Quae ratio cessat in illa, quae nudam habet denominationem absque ullo ministerio; Abbas tamen nihil determinat, sed cogitandum relinquit. Pro concordia mihi videtur sic distinguendum. Aut cum denominatione concurrat communis reputatio provinciae, vel Ecclesiae, & absque dubio erit dignitas, cum ad hoc sola etiam reputatio sufficiat, secundum Dominos de Rota d. de off. 9. n. 2. de elect. in novis, & si marum est supra in tertia conclusioe, n. 42. Aut cum denominatione communis reputatio non concurrat, eoque loco talis licet vocetur nomine dignitatis, & committet tamen dignitas non reputatur, ut Praepositi Carnoren. & non erit dignitas, quia consuetudo, & communis reputatio dignitatem non solum deservit, sed etiam adimit, c. Cum olim, de consuetud. Rota in praesent. de Prab. in novis, & similiter firmatum est supra, n. 45. & 46.

49 Quae distinctio videtur ex mente Archidiaconi, in d. c. 1. num. 2. vers. Secundo modus, & Jo. Andr. ibid. n. 1. ead. vers. De consuetud. lib. 6. dum dixerunt Dignitatem Ecclesiasticam cognosci, quando habet nomen dignitatis, & praerogativam in Choro, quam in Capitulo, licet non habeat eorum administrationem, vel jurisdictionem; & exemplificat in Archidiacono Parmensi; & sic praeter nudum nomen requirunt etiam praerogativam Chori, & Capituli. Hae de dignitate. De variis autem acceptionibus dignitatum vide per Archidiaconum, in d. c. 1. n. 1. gloss. 1. & Doctores in c. Quia nonnulli, supra de Cler. non resid. & per Barr. in l. 1. C. de dignitat. lib. 12.

50 Personatus stricte sumptus est administratio perpetua rerum Ecclesiasticarum cum aliqua praerogativa. Est et quid minus, quam dignitas, quia non habet praerogativam in gradu, sed simplicem quandam praerogativam in Choro, vel in Capitulo, in optionibus, & Processionibus, in vocibus dandis, & similibus praerogativis Canonice sui Ordinis, non tamen quantum illi, qui sunt in digni-

dignitatibus confluit. qm in prædictis prærogativis præteritur eidem. Ita Archid. in d. cap. 1. n. 2. vers. Personatus vero, de consuet. lib. 6. qui iudic hanc posse colligi ex c. Dudam, l. 2. de elec. & c. De multa, infra eod. Idemque totidem verbis repetit ibidem Jean. Andr. num. 1. vers. Personatus autem. Et eiq quid plus, quam officium, quod nullam habet prærogativam, ut inferius dicitur. Et sic personatus est quid medium inter dignitatem, & officium, quod pluribus comprobatur Cajac. in rubr. de Præben. sol. 2. in ptim. vers. Parique ratione, ostendens personatum tenere medium gradum inter Dignitatem, & Canonicos, & sequitur Hojed. de benef. incompatibilib. part. 1. c. 9. n. 2. & novissimè L. o. 1. de beneficiar. lib. 1. q. 1. c. 1. num. 50. & ex his confirmatur differentia quam constituit Oldrad. in p. ash. conf. 1. 50. n. 3. dum ait, Dignitatem esse quandam præminentiam ex adinstra, ratione Personatum esse honorem quandam sine administratione.

13 Officium verò multipliciter accipitur, ut plene notant in d. c. 1. de consuet. lib. 6. Archid. c. 2. vers. Officium verò, & Jo. Andr. n. 1. eod. vers. Sed strictè sumptum, est administratio perpetua rerum Ecclesiasticarum sine prærogativa in Choro, vel in Capitulo ultra alios sui ordinis, sicut sunt Prepositi Ecclesie Carnoten. & qui habent onus annexum officio, ut Syndici, Procuratores, & Castaldi, de quibus in c. Salvator, §. Nomen, l. 9. 3. & l. Alienam, c. de Procurator. Item Vicedomini, §. Officium, §. 9. dist. Archid. & Jo. Andr. locis citatis, & Domini de Rota d. decis. 9. vers. Tamen quicquid sit, de Præben. in Novis.

DE PRÆBENDIS.

Cap. Præterea.

SUMMARY.

Dignitates plures habens alteram dimittere compellitur.

PRÆTEREA. Habens plures Dignitates alteram ejigere, alteram dimittere compellitur hoc dicit, Concordat c. Referente, supra ad. ubi plene scripti de intellectu hujus textus, & an optio, de qua hic, & ibi, funditus sublata fuerit per jura posteriora, ac Trident. Concilij Decreta, illuc recurre.

DE PRÆBENDIS, & Dignitatibus.

Cap. Cùm secundum.

SUMMARY.

Ordinatus per Episcopum ad sacros sine titulo, nomen præsentante, ordinator, vel successor compellitur in necessarijs providere, donec titulum habeat.

Sacerdotibus, & Ecclesiæ ministris debentur alimenta ex redditibus Ecclesiæ de jure Divino.

- 3 Sacerdotibus de altario vivere, non luxuriant per-mittitur.
 - 4 Clerici habentes patrimonium, quamvis possint vivere de bonis Ecclesiæ, tamen si illa insunt in usus inhonestos tenentur ad restitutionem.
 - 5 Pauper locare potest opera sua spiritalia, sine la-be sinonia.
 - 6 Bona Ecclesiarum sunt patrimonium Jesu Christi.
 - 7 Argumentum ab etymologia vocabuli validum est in jure, Si negative sumatur, sed si affirmative ita demum valet, si definitio rei non contradicat. n. 10. Et quid in etymologia nominis proprii, n. 14.
 - 8 Etymologia dat verbis proprium significatum, ubi definitio non repugnat.
 - 9 Etymologia quid sit.
 - 11 Etymologia non convertitur sicut diffinitio cum dif-finito, sed generalior est.
 - 12 Argumentum a genere ad speciem affirmative non valet, sed negative.
 - 13 Genus comprehendit speciem, sed non inferit: species verò inserit genus, sed non comprehendit.
 - 15 Nomen propria ad beneplacitum impendantur.
 - 16 Gregorius dicitur quasi regem regens.
 - 17 Prosper unde dicitur.
 - 18 Ordinationes factæ sine certo titulo olim irrita erant quoad executionem, & n. 67.
 - 19 Sed hodie fecit, & n. 68.
 - 20 Ordinato sine titulo, an, & quando Episcopum teneat vitam necessaria ministrare, & n. 69. q. 1. in fine.
- Quid si ordinatus jam erat constitutus in sacra Ordine, n. 23.
- Et quid si plures Episcopi ordinaverint subditum ratione originis, domus, vel beneficii, n. 24.
- Et quid in Episcopo alieno, qui ordinavit ex commissi-one generalit Episcoporum, n. 25.
- Et quid in successore Episcoporum ordinantis, n. 26.
- Et quid si ordinatus negligenter perierit alimenta ab ordinatoro quando erat solvendo, n. 33.
- Et quid si Episcopus renunciasset Episcopatu, aut esset depositus, n. 34.
- Et quid in hæredibus ordinatoris, n. 36.
- Et quid si ritibus ordinatus erit fuerit, aut exami-natus, n. 41. & 47. & seq.
- Et quid in pronatis admodum Ordinibus sine certo ti-tulo, n. 49.
- Et quid si ordinatus aliquid habeat unde vivere possit, n. 50.
- Et quid si fuerit ab alio presentatus, & examina-tus, n. 49.
- Et quid in Episcopo alieno, cui Diocesis commisit ut certas personas ordinaret, n. 50. & 58.
- Et quid in alieno, qui ordinavit in vim licentia de se promovendi faciendo a quocunque Antistite, n. 59.
- Et quid si ordinatus fuerit se in numerum ordina-torum intulerit, n. 61.
- Et quid si conficito titulo ordinatorum deceperit, n. 62. & 66. usq. in fine.
- 21 Consecratus Ecclesiam sine competenti dote tenetur de suo eam dotare.
 - 22 Argumentum a consecratione Ecclesiæ ad consecra-tionem Ministris, & converso valet.
 - 27 Successor cui teneatur ex delicto Episcopi, qui Clericam sine titulo ordinavit, & n. seq.
 - Crimina regulariter morte extinguuntur, ibid.
 - 28 Clericorum mendicia ac eed in dote suo ordinis Clericali, & approbatione ejus, in cujus sortem essent pti sunt, & n. 69.

- 29 Adonius qui eligitur, non debet repelli à mercede.
 - 30 Clericorum numerum augere, favorabile est.
 - 31 Episcopus ex suo officio generali providere debet ne quis Clericorum egeat, & n. 44. & 45.
 - 32 Bona Ecclesiarum pauperum sunt.
 - 35 Ordinator tenetur constituere ordinato ad sacros Ordines sine certo titulo, unde perpetuo vivere possit.
 - 37 Obligatio Episcopi ordinantis Clericum sine titulo oritur ex contractu, vel quasi, & ideo transit ad hæredem.
 - 38 Hæredes secundum Canones etiam ex maleficio de-functi obligantur.
 - 39 Hæredes an sine discutiendi prius quam conveniatur successor in dignitate super alimentis promovendi ad sacros Ordines sine certo titulo, & n. seq.
 - 40 Obligatio, qua contrahitur ex ordinatione sine ti-tulo, an sit realis, vel personalis.
 - 42 Episcopus qui constituit beneficium alterius, an te-neatur providere de æquivalenti beneficio.
 - 43 Donator non tenetur de evizione.
 - 45 Minori factis est ab initio ordinari locupletem hæreditatem.
 - 46 Episcopus tenetur providere ordinatis si eorum pa-trimonium pereat chafinate, vel alluvione.
 - 50 Ordinans subditum alienum ex commissione Episcopi proprii, non tenetur inquirere an promovendus sit idoneus, & n. 55.
 - 51 Et si promotus reperitur sine titulo, non tenetur ei providere qui ordinavit, sed qui examinavit.
 - 52 Ordines conferre debent Episcopi per semetipsos, & agritudine impediti subditos suos non aliter quàm probatos, & examinatos ad alium Episcopum ordi-nandos dimittere.
 - 53 Ordinari nemo debet ab Episcopo alieno nisi ejus probitas, & mores Ordinarii sui testimonio com-mendentur.
 - 54 Etiam in vim licentia Apostolica de se promoveri faciendo ab alieno Episcopo.
 - 55 Ordinans alienum subditum de Ordinarii licentia potest si vult, sed non tenetur deferre Ordinarii attestations, & n. seq.
 - 56 Litteris Examinatorum creditur.
 - 57 Constitutio Sixti V. precipiens Episcopis, ut exami-nent qualitates ordinandorum, intelligenda est de proprijs subditis tantum.
- Examen de qualitatibus ordinandorum, quamvis sit faciendum ab Episcopo dimissorias concedente, non tamen ab ordinante; tamen si Episcopus alienus fuerit aliquem criminiosum, peccat et ordinando, ibidem.
- 60 Dimissorias concedere potest Episcopus etiam absenti, & examen committere Ordinario loci, in quo ille degit.
 - 62 Episcopus ignotus ante ordinans subditum alienum, qui juravit, aut ex simplicitate se in numerum Ordinandorum ingessit, aut litteras detulit surri-vè impetratas, in poenam suspensionis non incidit.
 - 63 Ordinatus ad sacros sine titulo post Cone. Trid. an sint suspensi ab executione Ordinum, ac si mini-straverint irregulares, & n. seq.
 - 64 Patrimonium, ad cuius ritulam Clericus est ordi-natus, si sit minus sufficiens, tenetur Episcopus tam-diu ex proprijs supplere, donec per ipsam Episco-pum vel aliam in sua, vel aliena Ecclesia fuerit competens beneficium assecutum.
 - 65 Ordinatus sine titulo ex Constitutione Sixti V. sus-pensifuerant ab executione Ordinum, ac si mini-straverint irregulares, & n. 69.

straverint irregulares. Sed ea Constitutio redacta fuit à Clemente VIII. ad terminos Iuris, & Con-cilij Tridentini.

66 Ordinatus ad sacros Ordines, qui conficito titulo Ordinatorum deceperit, an incidat in suspensionem ab Ordinum executione, & nu. seq. usq. in finem.

67 Ordinatus sine certo titulo beneficii, vel patrimonij, quas penam incurrant, secundum jus antiquum, medium, & novissimum, & n. seq.

CUM SECUNDUM, Ordinatus per Episcopum ad Sacros sine titulo, nemine præsentante, ordinator, vel successor compellitur in necessarijs providere donec titulum habeat. Hoc dicit, Primò ponit exordium, ex quo elicit editionem novi juris, & correctionem antiqui, Secundò, facti narrationem, mandatum, & comminationem, ibi, inde est.

Nota 1. ex principio text. Sacerdotibus, & Ecclesiæ ministris debentur alimenta ex redditibus Ecclesiæ de jure Divino: nam quod hic dicitur, secundum Apostolum: Qui Altari servit, de Altario vivere debet, in can. 41. Apostolorum dicitur, Lex Dei præcipit, ut qui Altario delevit, pascatur de ipso, ut refertur in c. Ex hu. 12. q. 1. de quo plura testimonia concordantia ex sacris litteris desumpta posui in cap. fin. num. 7. infra de Pecul.

Cleric. Et pondera illud verbum, vivere: nam, ut inquit Hier. in Micham, cap. 3. in fine, (Tibi, o Sacerdos, de Altario vivere, non luxuriant permit-titur), ut in summ. 44. dist. & ponitur luxuria pro omni illicita concupiscentia. Ex quo notabiliter infert Abbas h. num. 2. ut Clerici habentes bona patrimonialia, quamvis licite possint ex bonis Ecclesiæ vicium percipere, secundum communem opinionem, de qua refertur Dec. in cap. Episcopus, num. 13. supra eodem, tamen si reditus Ecclesiasticos convertant in usus inhonestos, teneantur ex proprijs bonis restituere Ecclesiæ quod male expenderit, allegat. c. 1. & 2. 12. q. 1. dist. 4. Idem tenet Archidiaconus 44. dist. in ptim. in ver. Permittitur, & Dec. in d. c. Episcopus, n. 13. vers. Prædicta ergo procedant. Sed an hoc obineat in portione, qua contingit Clerico ultra congruam sustentationem, latissimè examinavi in d. c. fin. d. n. 1. usq. in fin. de pecul. Cleric.

Secundò nota ibi, à mercede, proventus Ecclesiasticos debentur Sacerdotibus tanquam mercedem oneris, seu laboris, ut hic, & in cap. Charitatem, & in c. Quicunq. 12. quest. 1. Nam dignus est operarius mercede sua, ut 1. ad Thimoth. 3. Unde colligit Abbas h. num. 3. ne pauper locare possit operas suas spirituales, nec simoniam committat, quia non intendit principaliter spiritualia vendere sed vicium sibi querere, de quo dicitur in c. Significatum, supra eodem.

Tertiò nota ibi, de patrimonio Jesu Christi, Bona Ecclesiæ non esse Prælatorum, sed Patrimonium Jesu Christi ac quidam sanguine suos Concordat text. in c. Cùm ex eo, ibi, de patrimonio Jesu Christi dicitur, & de elec. lib. 6. Quod signa contra Prælatos reputantes se domos, & curiam Holt. hien. 1. in ver. Patrimonio Jo. And. n. 2. Card. n. 1. Abb. n. 4. & Joan. de Anan. num. 9. & vide gloss. in cap. Casus, Caipen. in ver. sacrilegus, de ve. suram signifi. & Innoc. in cap. Cùm super, de caus. possess. & propriis.

7 Quartò nota ibi; *Vt ipsa nominis ratio*. Licetum esse arguere ab etymologia vocabuli, ut hic, & in l. 2. §. *appellat. ff. de cert. petat.* in l. 1. ubi Bart. Ang. Joan. de Imola, Alex. & Doctores notant ff. de acquir. renda possessione in cap. *Privilegia*, 3. dist. & in cap. *Cleros*: ubi Gemin. & Prapof. 2. dist. cum multis similibus. Nec mirum, quia etymologia dat verbis proprium significatum, ubi distinctio non repugnat, l. *Notionem*, §. *Instrumentorum*, in ver. *Proprietate*, l. *Quibus præcipua*, l. *Tugurii*, l. *Alphenu*, & l. *Pupillus*, §. *Territorium*, ff. de verborum signifi. & cap. *Forus*, infra eod. tit. Est enim etymologia resolutio vocis in proprium effectum rei, quæ demonstratur, ut notat Bald. in c. 1. §. *Si quis de manso*, col. ult. de contraversis investitura in subdit. secundum. Sed secundum Abbatem hic, num. 5. argumentatio hæc à vi nominis semper est valida, si negativè sumatur, ut in d. §. *Appellat*; sed affirmative ita demum valet, si distinctio rei non contradicat, d. l. 2. ff. *de cert. petat.* & notat Bartol. in l. 1. ff. *de testam.* ut exempli gratiã, cum mutuum dicatur, quia de meo fit mutuum, & testamentum quali testatio mentis: concludit argumentum; De meo non fit mutuum: ergo non est mutuum: item, Non est testatio mentis: ergo non est testamentum, ut in d. l. 1. Sed non procedit affirmative, quia non semper sequitur, De meo fit mutuum: ergo est mutuum; nam potest esse donatum, ut l. 1. ff. *de donat.* Item non sequitur: Est testatio mentis: ergo est testamentum; nam & codicillus est mentis testatio, & tamen non est testamentum, ut l. *Si dem*, C. de codicill. Eandem theoriam potuit idem Abbas in cons. 2. incipien.

11 *Quantum*, num. 2. lib. 1. & est ratio differentie; quia etymologia non convertitur, licet distinctio cum distincto, ut l. 1. §. *Dolum*, ff. de dolo; sed est generalior, ut probatur in cap. *Cleros*, §. *Episcopatus*, 2. dist.

12 A genere autem ad speciem affirmative non valet argumentatio; non enim sequitur: Est animal: ergo est homo: sed bene valet negative; quia à quo remouetur genus, remouetur & species, ut l. *Fundus*, ff. de fundo instr. & l. *Sed si pater*, & ibi gloss. in ver. *Ex omni eventu*, ff. ad Macedonian. & notat Dyn. in regul. mor. de regul. iur. lib. 6. Item genus comprehendit species, sed non infert: species verò infert genus, sed non comprehendit: c. *Pendale*, l. 4. q. 5. cap. *Auditu*, supra de prescript. c. 2. infra de capell. Monac. notat Bartol. in l. 2. §. *Doli mali*, ff. de vi bonor. raptor. & Petr. Brix. in reperit. in verb. *Genus*.

14 Adverte tamen, quia hæc differentia inter argumentum negative, & affirmative sumptum procedit in etymologia nominis appellativi, ut hic, & in iuribus præallegatis: non autem in etymologia nominis proprii: nam indistincte non concludit argumentatio, rex. est in l. *fin. circa finem*, junct. gloss. in ver. *Nam solum nominis*, ff. ad municipal. & notant Bartol. Bald. Imol. Alex. & alii in Rubrica ff. solut. marit.

15 & alii in Rubrica ff. solut. marit. Ratio est, quia nomina propria ad beneplacitum imponuntur, ut in l. *Si quis in fundo vocabulo fide legat*, l. 1. Unde non sequitur, Talis est Bolognetus: ergo est Bononiensis; vel e contra, Non est Bononiensis: ergo non est Bolognetus, quo exemplo utitur gloss. in d. l. *fin.* licet Gregorius dicitur quasi gregem regens, ut ait Joan. Andr. in proæmio hujus compilationis, in ver. *Gregorius*, num. 5. & tamen non sequitur, Talis non regit gregem; igitur

non est Gregorius. Accipere aliud exemplum nostri nominis, Componitur Prosper ex procul, & asper, quasi procul ex asperitate, & molestita, ut idem Joan. Andr. inquit in proæmio lib. 6. §. *Sacrosancti*, num. 1. in ver. *Prosperitate*. Profectò à nobis procul non abfuit asperitas, cum in miseriam coactitas nos perduxerint peccata nostra; quod tam asperum est, ut sacri Canones inhumanum parent tantæ calamitatis non misereri, ut in cap. *Licer de consil.* & tamen Prosperi nuncupationem non amittimus, licet aliquando visã sit nobis verior contraria alluio, ut scilicet potius dicatur Prosper, quasi propè asper, quam procul asper, sed benedictus Deus qui unxit nos unctione misericordie sue, & consolatus est nos in omni tribulatione nostra.

18 Quintò nota, penam ordinati sine titulo secundum antiquos Canones: nam ordinationes hujusmodi in injuriam ordinantis erant irritæ, & inanes, ut hic dicitur in ver. *Licer autem*, & Concil. Calcedon. cap. 6. præcepti tales habere vacuum manus impositionem, & nullum tale factum valere. Et in Conc. Urbani II. habito Placentiæ statutum est, ut sine titulo facta ordinatio irrita habeatur, ut refertur in cap. *Non enim*, & cap. *Sanctorum*, 70. dist. quod tamen intelligi quoad executionem, non autem quoad veritatem; quia characteris impressioem non impedit defectus tituli, ut hic notat gloss. in ver. *Irrita*, & Butr. num. 14. gloss. Archid. Bellam. & Gemin. in d. cap. *Non enim*, omnes in ver. *Vacuum*, & idem Archid. in d. cap. *Sanctorum*, in princ. in ver. *Irrita*.

19 Sextò nota, hodie ordinatio ad Sacros sine titulo non esse amplius suspensum ab Ordine executione, quemadmodum erat ex dispositione veterum Canonum; sed tantummodo ordinantes, & eorum successores teneri sic ordinatis tandem vitæ necessaria ministrare, donec beneficium Ecclesiasticum fuerit affectum: & sic penam antiquorum Canonum fuisse abrogatam per hanc Decretalem, quod fultis infra explicabitur in secunda, & tertia questione.

20 QUÆRO pro declaratione materis, An, & quando Episcopus teneatur providere ordinato sine titulo, Hæc questio plures implicat inspectiones, quæ facilius methodo explicabuntur ex constituendo regulam cum ampliationibus, & limitationibus. Regula est: Episcopus, qui sine certo titulo Clericum promovit ad sacros Ordines, teneatur sic promotus tam diu de suo vitæ necessaria congrue subministrare, donec ille in Cathedrali, vel alia Ecclesia per ipsum ordinatorem, vel alium, competens beneficium Ecclesiasticum fuerit affectum. Probantur hæc in hac Decretali in c. 2. & cap. *Episcopus*, supra eod. & in cap. *Si Episcopus*, eod. titulo lib. 6. & ex dicendis infra num. 64. Quod confirmatur etiam exemplo Episcopi, qui Ecclesiam consecravit sine competenti dote, contra textum in cap. *Nemo de consecr. dist. 1.* nam teneatur de suo illam dotare, ut notat gloss. unica in c. *Cum sicut* infra de consecr. Ecclesie, vel altar. quæ illic à Doctoribus communiter recipitur, unde eodem modo teneatur de suo providere Clerico consecrato sine sufficienti titulo, arguendo à consecratione Ecclesie ad consecrationem Ministrum, & è converso, prout in proposito arguit glossa præallegata, & Lambertinus post alios in trad. de iure par.

repar. lib. 1. par. 1. in §. *principal. art. 18. in princ. vers. si autem Ecclesia*.

23 Ampliatur primò hæc regula, ut procedat etiam in Episcopo, qui Clericum sine titulo jam constitutum in sacro Ordine promovit sine novo titulo ad superiores Ordines, text: est in c. *Episcopus*, & ibi dixi post Decium in 1. notat. supra eod.

24 Ampliatur secundò, ut procedat etiam in pluribus Episcopis, qui Clericum sub eorum ratione originis, domicilii, vel beneficii sine titulo ordinant; nam quilibet eorum teneatur in solidum præstare alimenta sic ordinato, ut scrip. in d. cap. *Episcopus*, n. 5.

25 Ampliatur tertio, ut procedat non tantum in Episcopo proprio, sed etiam in alieno, cui nullis personis expressis in genere proprius Episcopus commisit, ut in sua diocesi Ordines celebraret: nam si quempiam ad sacros Ordines promovet titulum non habentem, teneatur illi, cum in culpa fuerit, taliter ordinando eundem, vitæ necessaria ministrare, donec ej per ordinatorem, vel alium de competenti beneficio sit provisorum, ut est casus in c. *Si Episcopus*, in 1. respons. infra eod. lib. 6.

26 Ampliatur quarto, ut procedat non solum in Episcopo ordinante, sed etiam in illius successore: nam & si teneatur de suo providere ordinato ad sacros ordines sine certo titulo, ut hic dixeris verbis statutis in ver. *Licer autem*, ibi *Per Ordinarium*, vel successores eorum, & in ver. *Inde est*, ubi Clericus fuerat ordinatus ad Subdiaconatum à prædecessore, & tamen Pontifex mandat Episcopo successori, ut sic promotus vitæ necessaria ministraret.

27 Quòd si figurar, cur successor conveniatur ex delicto defuncti contra text. in l. *unicam*, C. de delictis defuncti, cum regulariter crimina morte extinguantur, c. *Quarundam*, 23. dist. & l. 2. C. *Si rem*, vel accusator fuerit mortuus; solvit gloss. hic in ver. *Successores*, quòd hoc casu non tam puniatur successor, quam Ecclesia, sine cuius consilio ordinationes fieri non debent, cap. *penult. 24. dist.* propterea enim puniatur, quia non relucit ordinatori delinquenti, ut c. *Quapropter*, 2. q. 7. Sed hæc solutio non placet, Hostien. num. 11, quia multa sunt Capitula Cathedralium, quæ parum punirentur si Episcopalis mensa gravaretur, neque enim puniretur Ecclesia, cum Episcopus teneatur providere ex mensa sua, ut dicit Abbas, num. 10. vers. *Nec procedit dictum glossa*. Unde dic melius, esse speciale in hoc casu ut successor ex facto prædecessoris ad id obligetur, & ratio specialitatis multiplex reddi potest, secundum Innoc. n. 1. & Host. n. 3. in ver. *Per ordinatorem*, Joan. Andr. num. 20. in 2. gloss. *Sed quare*, Butr. n. 5. & Abb. n. 10. Prima ratio est, quia mendicantis Clerici cedit in dedecus Ordinis Clericalis, c. *Diavoli sunt*, vers. *Mendicant infelix Clericus*, 33. dist. & cap. *Ad supplicationem*, ibi, in visuperium ministris nostris, defectum in rebus temporalibus patitur, supra de renunc. Adde Concil. Trident. cap. 2. in princ. sess. 21. Secunda est, quia si egeret Clericus, non rediret in opprobrium ejus, in cuius sortem, sic hæreditatem assumptus est, iuxta text. hic, & in cap. *Cleros*, 21. dist. quandoquidem,

Non sibi, sed domino gratia est, cui servit, egestas. hic in glossa in ver. *Obsequium*. Tercia, quia ex quo eligitur ad onus, repelli non debet à mercede, ut hic dicitur, & in cap. *Charitatem*, cap. *Quicumque*, Prosp. Fagn. in 3. Decretal. Tom. 4.

& cap. *Ecclesiastica*, 12. quasi. 2. Quarta ut nomen conveniat rebus, ut in littera ibi, ut ipsa nominis ratio persuadet, & in c. *Chor. Episcopi*, §. *Quod autem*, c. 8. dist. & infra de donat. §. *Est & aliud*. Quinta, quia Ecclesia videatur sic promotus fraudulenter laqueum iniecit, arg. c. *Constitutum*, 20. q. 3. c. *Devidus*, §. 2. 27. quasi. 1. c. *Per tuas*, §. *fin. infra de donat.* Sexta, quia favorabile est augere cultum Divinum, & per consequens numerum Clericorum, cap. *Ex parte*, supra de consil. c. *Vase*, de consecr. dist. 1. cap. *Qua ad perpetuam*, 25. q. 1. & q. 2. c. *Quamvisque*.

30 Septima, quia Episcopus ex suo officio generali providere debet, ne quis Clericorum egeat, ut patet 10. quasi. 1. per totam, cap. *Præcipuum*, & cap. *Sequenti*, 12. quasi. 1. & cap. *Possessiones*, 16. quasi. 1.

32 Octava, & ultima, quia omnia bona Ecclesiarum pauperum sunt, ut c. *Cleros*, & c. *Pastor*, l. 4. 2. & c. *fin.* 16. quasi. 1.

33 Procedit autem hæc ampliatio, etiam si quo tempore ordinator erat solvendo, ordinatus neglexerit ab eo petere vitæ necessaria, & postea idem ordinator ad inopiam redactus fuerit: nam nihilominus poterit ordinatus ad successorem recurrere, nec ei obstat exceptio, quod dum potuit ab Ordinatore titulum exigere, tamen neglexit; quia hæc Decretalis irritum illi hoc pus indefinitè, ac sine ulla exceptione, ut concludit Innoc. n. 3. Host. n. 10. vers. *Quid si dum solvendo*, Joan. Andr. n. 11. vers. *Et licet ordinatus*, & Card. num. 15. in 5. questione, quod fultis profsequitur jdem Hostien. in cap. *1. in questionibus*, infra eod. Ceterum si ordinator resignasset Episcopatum, aut depositus esset, & haberet unde posset Clericis à se ordinatis sine titulo vitæ necessaria ministrare, ipse ad hoc esset compellendus, & non successor, ut hic determinat Innoc. num. 2. vers. *Dictum tamen*, ad jiciens ita iudicatum fuisse in Episcopo Ambianen. & sequitur Host. num. 9. vers. *Quid si ordinator resignavit*, Joan. Andr. num. 11. Butr. num. 17. Cardin. n. 13. in 2. q. & Joan. de Anan. num. 2. Et probatur à fortiori, nam si præsentator prius teneatur providere talibus, quam ordinator, ut hic colligitur à contrario sensu: longè magis primo loco cogendus est ordinator, qui non solum Ordines contulit, sed etiam sibi præsentavit: nam de talibus loquitur hæc littera, ubi scilicet non est alius præsentator, ut latius patebit infra in 2. limitatione. Ad hoc argumentum optimum in cap. *De multa*, §. *Vltra sex menses*, infra eod. Quod nunquam tradas oblivioni, quia hæc est notabilis limitatio ad hanc Decretalem, quæ simpliciter, & indistinctè obligat successorem in Episcopatu ex facto ordinatoris, & tamen Doctores illam restringunt, ut tantummodo vendicat sibi locum in successore Episcopi prædecessoris, non autem Episcopi, qui renunciavit, aut depositus est. Immo plus voluit Innoc. n. 2. vers. *Immo plus videtur*, videlicet ut ordinator vivens, si habeat de proprio, cogi possit, ut ordinato constituat unde perpetuo vivere possit, & cum eo tranfit Joan. Andr. n. 11. & Card. in 3. q. quod videtur intelligendum donec ordinatus consecratur competens beneficium Ecclesiasticum, ut hic, & in c. *Episcopus*, supra eod. & in cap. *Si Episcopus*, infra eod. lib. 6.

36 Ampliatur quintò prædicta regula, ut procedat etiam in hæredibus ordinatoris, ut firmant hic Innoc. n. 2. vers. *Videtur etiam quod hæredes*, Host. num. 10. Joan. Andr. num. 11. vers. *Videtur etiam*.

37 Cardinalis in 3. quæst. & alii communiter, quandoquidem ex contractu, vel quasi oritur hæc obligatio inter ordinatorem, & ordinatum, & ideo tranfit ad hæredem, ut in *l. de obligat. quæ quali ex contractu nascuntur, & l. unica, c. Vi aitiones ab hæred. & contra hæred.* incipiant, in *rubro, & negro*. Quod si dicas hujusmodi obligationem non oriri ex quasi contractu, sed ex maleficio, vel quasi: nihilominus hæredes secundum Canones obligantur, ut patet in eo quod legitur, & notatur in *cap. Parochiano, infra de sepult.* & in *c. Litteræ, de raptor. secundum Host.* Sed remanet dubium, quid iudicator habeat hæredes respectu patrimonii sui, numquid prius sint compellendi hæredes, quam successores in Dignitate. Abb. hic num. 11. dicit Hostienem, quem communiter Doctores sequuntur, tenere, quod prius sint discutendi hæredes per rationes proximè adductas. Ipse tamen Abbas dicit se dubitare an hoc sit indistinctè verum, quia hic textus insinuat oppositum, dum decidit ordinato providendum esse per ordinatores, & successores; ac deinde mandat indistinctè compelli successorem; nec præcipit, ut prius discutantur hæredes ordinatoris.

38 Unde pro solutione putat considerandum an hujusmodi obligatio, quæ contrahitur ex ordinatione sine titulo, sit realis respectu Ecclesiæ, an vero personalis. Et concludit obligationem videri realem, si Ecclesiæ Cathedralis redditibus abundet; ac proinde in successorem tranfire, ut in *cap. Dilecti, supra de foro competent.*; nam sicut potest Sacerdos præsentare aliquem ad titulum Ecclesiæ suæ, ut in *cap. Per tuus, de simon.* eodem modo Episcopus potest disponere, ut ordinati vivant ex proventibus Ecclesiæ Cathedralis, & ideo text. fecit mentionem tantummodo de Episcopo, vel successore. Sed ubi Ecclesiæ esset impotens, tunc cum Episcopus deliquerit, tenebitur ipse, vel hæres suus per regulam, *Delictum persone, &c.* Et ita Abbas vult in effectu, ut prius discutendi sint redditus Ecclesiæ; & hæredes Ordinatoris non teneantur nisi in subsidium, ubi scilicet Ecclesiæ non est solvendo.

Tu adverte, quia quod Abbas dicit, Hostienem, & communiter Doctores tenere, ut prius sint conveniendi hæredes, quam successores in Dignitate, hoc non videtur verum: nam Innoc. 2. 2. cujus verba ad litteram transtulit Host. & alii superacitati, *na. 36* cum prius declararet successorem teneri ex factis prædecessoris, postea formaliter sic ait: Videtur etiam quod hæredes ordinatoris ad hoc teneantur, quia ex quasi contractu est hæc obligatio, unde Innoc. & Host. non dicunt hæredes esse prius discutendos, quam successorem in Episcopatu, quin potius videntur sentire, aut primo loco teneri successorem, aut certe omniteri æqualiter, & in solidum. Idque eorum menti proximis accedit ponderando dictionem *etiam*, quæ est augmentativa, & implicativa præcedentium, Unde verius videtur tam successorem in dignitate, quam hæredes in bonis patrimonialibus teneri in solidum ex factis ordinatoris, & esse in optione ordinari hos, vel illum convenire, ut de duobus reis cavetur in *l. 2. & l. 3. §. Videtur, ff. de duobus reis, & vide quod dixi in *cap. Episcopus, in l. notab. ver. Et ex his notabiliter infero, supra eod.**

41 Ampliatur sextò ead. regula, ut locum habeat,

etiam Episcopus ordinaverit aliquem ad certum titulum, qui postea fuerit evictus: nam nihilominus tenebitur illi providere de alio beneficio, arg. *c. Presentatus, 7. q. 1. & c. Inter cetera, infra eod.* & hujus sententia fuit Vincentius. Sed hoc intellige verum si Episcopus fraudulenter contulit beneficium alterius, quo titularis non fuerat iuste privatus, aut beneficium alteri debitum, & ipse, cui contulit hoc ignoravit, tunc enim tenetur Episcopus ei providere de æquivalenti beneficio, ut firmat gloss. *hic in ver. Donec per te*: quæ in hoc adducit jura præallegata, & *cap. Pastoralis, infra de iur. patr.* & pro gloss. *in ver. Ignoravit, secundum Jo. Andr. in fine.* Facit text. in *c. Si beneficii, infra eod. lib. 6. & sequuntur Butr. n. 19. & Card. in 6. 9. Sed cessante fraude non oritur hæc obligatio; quia donator non tenetur de evisione, *l. Adres donatus, c. de Adesilio edicto.* Unde si Episcopus ordinasset bona fide ad titulum beneficii, quod non credebatur alteri debitum: tunc non potest conveniri ex obligatione speciali proveniente ex dispositione hujus Capituli: teneretur tamen ex obligatione generali, quia obstringitur providere omnibus indigentibus in sua Diocesi, secundum Vincentium, & declarat Butr. n. 19. Abb. nu. 1. *vers. Sed si Episcopus ordinasset, & plenius Jo. de Anan. num. 1. §. 16. & 17.**

Et eodem modo non tenetur Episcopus si ab initio contulit ordinato beneficium sufficiens, quod postea effectum est insufficiente, & exanimatum, secundum Vinc. satis enim est minori ab initio adire locupletem hereditatem, ut *l. Verum, §. Si locupletis, ff. de minoribus videtur tamen teneri ex generali obligatione, ut supra, & hoc tenet gloss. 1. in *c. Tuli, infra eod.* ubi firmat Episcopum teneri providere ordinatis de beneficio Ecclesiastico, si illorum patrimonium periret chasmate, vel alluvione; quia cum ad facultatem redire non possit, eorum paupertas rediret in opprobrium Ordinis Clericalis. Et idem tenet Innoc. in *cap. Episcopus, in fine, supra eodem.**

Ampliatur septimò eadem regula, ut locum habeat etiam in Episcopo, qui aliquem promovit ad Ordines minores, ut probat text. in sui generalitate, in *c. Non licet, supra eod.* nam nec ad minores ordinari quis debet absolute seu sine titulo, ut videtur expressum in *c. Neminem, ibi, vel quælibet in Ecclesiasticæ ordinatione constitutum, 70. dist. ubi hoc tenet gloss. 1. & Host. hic num. 11. *vers. Ordinatus, & Joan. Andr. num. 3. in eod. verb.* Sed hoc non servat Ecclesiæ Romana, & ideo de hoc articulo dic plenius ut scripsi in prædicta Decretali, *Non licet, à n. 5. usq. in fin.**

Nunc limita primò regulam superius firmatam, ut non procedat si ordinatus sine titulo aliunde habeat, unde congrue possit sustentari, text. est in *c. Episcopus, supra eod.* ubi primò ponitur regula, ut Episcopus ordinato ad sacros sine certo titulo teneatur necessaria subministrare; ac deinde adjectur limitatio ibi, *nisi talis ordinatus de sua, vel paternæ hereditate subsidium vite habere possit*: nam Clericus non beneficiatus, si de patrimonialibus bonis habeat unde vivere possit, ad sacros Ordines legitime promovetur, ut est casus in *cap. Tunc, supra eod.* quia in eo casu intelligitur ordinari titulum patrimonii quoad hoc ut non possit petere alimenta ab ordinatore, ut ibi dixi conciliando opiniones *n. 19. post gloss. final. & Card. n. 7. in 7.*

in 7. 9. & gloss. in *c. Si Episcopus, in ver. Titulum, infra eod. lib. 6.* Hoc ipsum insinuat hæc Decretalis, quæ adstringit Episcopum ad subministrandum sic ordinato vitæ necessaria: ergo supponit eum esse pauperem, & aliunde non habere unde vivere possit. Atque ita Papam licet non intendere nisi pauperibus Clericis providere, declarat textus, qui est glossa hujus Decretalis, in *c. Postulasti, supra de rescript.* ut hic per Host. num. 17. in *ver. Ecclesiasticam.* Hodie tamen in hoc servari debet jus novissimum Conc. Trid. in *cap. 2. sess. 21.* ut scripsi plenè in *d. c. Episcopus, n. 24. 25. & 29.*

Limita secundò propositam regulam, ut non procedat si ordinatus sine certo titulo fuerit ab alio presentatus, & examinatus: quia tunc non tenetur illi providere Episcopus qui eum ordinavit, sed ille, qui presentavit, & examinavit, ut *c. Ex antiquo, & c. Si servus, §. 4. dist. 2. & c. Quando, 24. dist. & notatur in *c. Acceptimus, de etate, & qualit.* Et hoc innuit hæc Decretalis a contrario sensu in illis verbis, *nullo presentante, & tenent glossam ver. Successores, ad finem, vers. Sit hoc intelligi, Innoc. n. 3. in ver. Presentante, Butr. n. 5. & 16. Card. n. 7. in l. 1. notab. & num. 12. & videtur expressum in *cap. Si Episcopus, in fine, infra eod. lib. 6.* ut patebit in seq. limit.**

Ethinc collige presentatos, & examinatos ab aliis Episcopis, vel exemptis, non esse necessariò examinandos ab Episcopo ordinatore, ad hoc *c. Episcopus, 9. q. 2.* quia non tenetur illis providere, secundum Innoc. *d. n. 3. vers. Sic apparet, Joan. Andr. num. 4. Butr. n. 9.* Quotiescunque enim proprius Episcopus committit alteri Episcopo ordinationem certorum Clericorum, & nominatorum, Episcopus cui facta est commissio, non tenetur inquirere an nominati sint idonei, necnes sed debet præsumere presentatos esse idoneos; ideoque literales reperiantur sine titulo, imputandum est committenti, non ordinanti, ut ad litteram inquit gloss. Joan. Andr. in *c. Si Episcopus, in prin. infra eod. lib. 6.* Quod multò magis procedit post Decretum Conc. Trid. *cap. 3. sess. 23.* ubi statuitur, ut Episcopi per semetipso Ordines conferant, quod si gravitate fuerint impediti, subditos suos non aliter, quàm jam probatos, & examinatos ad aliud Episcopum ordinandos dimittant. Oportet igitur, ut de idoneitate ordinandi consilet ordinatori per litteras testimoniales Ordinarii, alioquin alieno Episcopo non liceret eum ordinare, ut est expressum in *cap. 8. ejusdem sess. vers. Quòd si quis ab alio promovetur, petat.* Quinimò S. Congregatio ejusdem Concilii interpres consulta, an qui facultatem à Sede Apostolica obtinuit, ut possit ordinari ab alio quàm à suo Ordinario, debeat nihilominus probitate suam, & mores Ordinarii sui testimonio comprobare: Respondit ita debere, prout Signatura gratiæ jam quædam solita est in hujusmodi facultatibus ponere clausulam illam, *de licentia Ordinarii,* cujus testimonio probitas, & mores commendentur: Et hoc casu verum est, quod docuit Innoc. videlicet Episcopum non teneri promovendum examini subiacere, sed super illius qualitatibus, & titulo posse deferre Ordinarii attestations. Creditur enim litteris Examinatorum, ut *c. in presentia, supra de renunc. cap. Post sessionem de probat. c. ad probandum de re iudic. c. Sopita, de censibus, & hic ubi notant Host. Joan. Andr. in *ver. Per litteras, Casid. num. 10.* Idemque jam præ-*

Prof. Fagn. in 3. Decretal. Tom. 4.

dem probavit S. Congreg. Conc. nam cum fuerit quæsitum an Episcopus ordinans alienos subditos: saculares cum dimissis proprii Episcopi assententis eos examinatos fuisse, & idoneos repositos, hujusmodi attestations deferre teneatur, vel etiam possit eosdem ordinandos examinare: S. Congregatio censuit esse arbitrarium, & ideo posse, sed non teneri, Constitutio autem Sixti V. qua parte injungit Episcopis, ut examinent natalia, vitam, & reliquas ordinandorum qualitates, ex ipsius Congregationis sententia est intelligenda de propriis dumtaxat subditis: nam quoad eos, qui alienæ Diocesis sunt, hujusmodi inquisitione adhibenda est ab Episcopis litteras dimissorias concedentibus, quod tamen fallit in casu *c. Si Episcopus, in l. 1. responsio infra eod. lib. 6.* ut dictum est supra in 3. ampliat. n. 25.

Subdunt tamen Innoc. Joan. Andr. & Butr. ubi supra, & bene, quòd si Episcopus alienus sciret eum criminisum, peccaret ordinando.

Limita terciò supra scriptam regulam, ut non procedat in Episcopo alieno, cui Diocesanus commisit non in genere, sed in specie, ut certas personas ordinares: nam si quempiam illorum ad sacros Ordines promoveret titulum non habentem; non ipse qui ordinavit tenebitur sic promoti providere, sed Diocesanus, qui ordinationem commisit: debuit enim prævidere an titulum haberent. Et idem si Diocesanus det aliquibus licentiam, ut possint à quo maluerint Episcopo promoveri: non enim qui ordinat, sed qui licentiam tribuit, cum eam dare non debeat titulum non habenti, obligantur, ut de his est casus ad litteram in *c. Si Episcopus, in 2. & 3. responsio infra eod. lib. 6.* Licet hæc limitatio in effectu coincidat cum præcedenti: non Decretalis si Episcopus, emanavit ad declarationem textus nostri, præsertim in illis verbis, *nullo presentante, & declarationem eorum, que in proposito scripserunt Innoc. & Hostien. in c. ante penult. & penult. supra de etate, & qualit. ut notatur in d. c. Si Episcopus, in gloss. 1.* Hanc tamen terciam limitationem sublimita, nisi Episcopus proprius committeret alieno, ut non solum Ordines conferret, sed etiam ordinandum examinaret super titulo, & aliis qualitatibus requisitis: quia tunc non is qui commisit, sed ordinator, & examinatur obligaretur si promoveret titulum non habentem, ut patet tum ex dictis supra in 2. limitat. n. 49. tum quia licet de delicto promovencis consilet eo ipso quod constat de inhabilitate promotori, *cap. Tanti Daniel, in fin. §. dist. & c. Cunctis ars, supra de etate, & qualitat.* Hoc tamen procedit si promovens per seipsum examinaverit, sed si per alium, quia tunc puniendus est tantum qui examinavit, *cap. Quando, 24. dist. c. Ad hæc, supra de offic. Archid. & notant in d. c. Cunctis ars, gloss. in ver. Deprehendi, Innoc. num. 2. in ver. Ordinaso, Host. num. 10. & plerique alii.* Potest autem Episcopus proprius committere alieno Episcopo examen ordinandi, non obstante *c. 3. sess. 23. Conc. Trid.* dummodo id faciat ex legitima causa. Unde cum Episcopus Feretranus dubitaret, an possit litteras dimissorias concedere cuidam suo Diocetano, qui in Urbe habitabat, etiam ejus qualitates notas non haberet: S. Congreg. censuit posse; si enim qualitates ejus non novit, poterit committere examen Ordinatio loci, in quo degit, ut alias decem-

Prof. Fagn. in 3. Decretal. Tom. 4.